Prop. 10. Theor.) *Si in maximi alicuius circuli circumferentia fuerit polus æquidiſtantium circulorum: eumq́ circulum duo maximi circuli ad angulos ſecant rectos: quorum alter quidem, vnus ſit ex numero æquidiſtantium: alter verò obliquus ad æquidiſtanteis: præterea in obliquo circulo fuerint ſumpta duo puncta quæuis: ex iiſdem maximi æquidiſtantium partibus: atq; per puncta & polum circulorum æquidiſtantium deſcripti fuerint maximi circuli: erit vt maximi æquidiſtantium circulorum circumferentia: intercepta inter maximum ab initio propoſitum circulum, & proximum per polos ductum: ad circumferentiam obliqui circuli inter eosdem circulos interceptam: ſic contigua vel proxima maximi æquidiſtantium circuli circumferentia: quæ eſt intercepta inter maximos per polum ductos circulos,*

culos, & puncta iam ſumpta: ad minorem aliquam obliqui circuli circumferentiam inter duo iam ſumpta puncta interceptam.

Prop. 11. Theor.) Si in maximi circuli circumferentia, fuerit polus circulorum æquidiſtantium: eumq́ ad angulos rectos ſecent duo maximi circuli: quorum alter quidem vnus ſit æquidiſtantium: alter verò obliquus ad æquidiſtanteis: alius verò maximus quidam circulus, per polos æquidiſtantium circulorum ductus: ſecet obliquum circulum, interceptum inter maximum æquidiſtantium circulorum, & eum quem obliquus circulus tangit: tum diameter ſphæræ, ad diametrum circuli quem obliquus circulus tangit: maiorem habebit rationem: quam maximi æquidiſtantium circuli circumferentia, intercepta inter maximum ab initio poſitum circulum, & eum qui proximus eſt, & per polos ductus: ad circumferentiam obliqui circuli inter eoſdem interceptam circulos.

Prop. 12. Theor.) Si in ſphæra maximi circuli eundem circulum æquidiſtantium circulorum tangant: atq; ſimiles æquidiſtantium cir

culorum circumferentias inter vtrumq; maximorum circulorum interpoſitas intercipiāt: atq; alius quidam maximus circulus, qui obliquus ſit ad æquidiſtantes, maiores tangat circulos, quàm quos circuli ab initio poſsi tangebant: & ſecet eos qui eundem tangunt circulum inter maximum æquidiſtantium & eum quem ab initio propoſiti circuli tangunt interceptum: tum dupla ſphæræ diametri, ad circuli diametrum, quem obliquus circulus tangit: minorem habebit rationem, quàm maximi æquidiſtantium circulorum circuli circumferentia intercepta inter eos qui eundem tangunt: ad circumferentiam obliqui circuli inter eoſdem interceptam circulos.

Prop. 13. Theor.) Si in ſphæra æquidiſtantes circuli æquales intercipiant circumferentias maximi alicuius circuli ad maximum æquidiſtantium circulorum: & per puncta iam facta maximi fuerint deſcripti circuli: vel etiam maximi fuerint circuli per polos æquidiſtantium circulorum ducti: qui eundem æquidiſtantium circulorum circulum tangant: tum æquales intercipient de maximo æquidiſtantium

tium

tiam circulorum circulo, circumferentias.

Prop.14. Theor.) Si in ſphæra maximus circulus, alium quendam ſphæræ circulum tangat; & quidam alius maximus circulus obliquus ad circulos æquidiſtantes: maiores tangat: quàm quos qui ab initio fuerunt poſiti tangant: diſsimiles intercipient æquidiſtantium circulorum circumferentias interceptas circulis iſtis: quarum propiores vtriuis polorum erunt maiores quàm vt ſimiles remotiore.

Finis ſphæricorum Theodoſij.

THEODOSII

LIBER DE HABITAtionibus.

Prop. 1. Theor.

A*Pud eos qui ſub polo mundi ſeptentrionali habitant: ſemper vnum idemq; hemiſphærium mundi apparet: alterum verò mundi hemiſphærium vnum idemq; perpetuo latet: neq; aliquod aſtrum illis occidit aut oritur: ſed aſtra quidem quæ ſunt in hæmiſphærio apparente, ſemper conſpicua ſunt: quæ verò in*

hæmiſphærio exiſtunt latente: perpetuò abſcondita relinquuntur.

Prop. 2. Theor.) Qui ſub æquinoctiali habitant: illis omnia aſtra occaſum & ortum faciunt, & æquali tempore ſupra horizontem eleuantur: & ſub horizontem ſe abſcondunt.

Prop. 3. Theor.) In omni habitatione quæ in media zona eſt, zodiacus circulus aliquando erectus conſtituitur.

Prop. 4. Theor.) Quibuscunq; punctũ verticale tantum à polo recedit: quantum tropicus ab æquinoctiali diſtat: ijs ſex ſigna ſimul & occident & orientur.

Prop. 5. Theor.) Qui ſub æquinoctiali habitant: ijs meridianus circulus, ſecat zodiaci ſemicirculum ſupra horizontem exiſtentem in duas partes æquales: quando contactus tropicorum circulorum & zodiaci circuli, fuerint in horizonte: & tum quoq; zodiacus circulus ad horizontem eſt erectus, ſeu ad angulos rectos.

Prop. 6. Theor.) Iis qui ſub æquinoctiali habitant: ſemicirculi zodiaci omnino æquali tempore oriuntur: ſimiliter & circumferentiæ oppoſitæ.

Prop.

Prop.7. Theor.) Quorum horizontes in eo tantum differunt: quòd hi magis verſus ortum aut occaſum ſint, quàm illi: ijs ſtellæ fixæ neq; ſimul exorientur: neq; ſimul occident: ſed quò citius exoriuntur ijs qui magis verſus ortum habitant: eò citius etiam illis occidunt.

Prop.8. Theor.) Quicunque ſub eodem habitant meridiano: ijs ſtellæ fixæ, quæcunque ſunt inter ſemper apparentem & æquinoctialem circulum: longiore tempore ſupra horizontem feruntur: ijs qui verſus ſeptentrionem habitant, quàm ijs qui verſus meridiem. Et quò citius exoriuntur ſeptentrionalibus, eò tardius etiam occidunt. Sed quæcunq; ſtellæ fixæ ſunt inter circulum ſemper latentem & æquinoctialem: longiore tempore ſupra horizontem feruntur, ijs qui verſus meridiem habitant: quàm ijs qui ſeptentrionales ſunt. & quò citius exoriuntur meridionalibus: eò etiam tardius occidunt: deniq; ſtellæ fixæ in æquinoctiali circulo ſitæ: ſimul illis oriuntur & occidunt.

Prop.9. Theor.) Eodem modo & horizontibus qui ſub eodem meridiano non ſunt: ſtellæ fixæ, quæ quidem ſunt inter ſemper appa-

rentem circulum, & æquinoctialem: longiore tempore ſupra horizontem feruntur ijs qui verſus ſeptentrionem habitant, quàm ijs qui verſus meridiem: quæ verò intercipiuntur circulo ſemper occulto & æquinoctiali: longiore tempore ſupra horizontem meridionalibus feruntur, quàm ijs qui verſus ſeptentrionem habitant.

Prop.10.Theor.) Iis qui ſub polo ſeptentrionali habitant: ſol diutius quidem quàm per menſes ſex ſupra horizontem eſt: & per menſes ad ſummum quodammodo ſex ſub terra: atque dies quidem illis prolixior eſt quàm menſes ſeptem: nox verò quinq; quodammodo menſium.

Prop.11.Theor.) Quorum verò regio ad meridionalem plagam receſſit: ijs Sol breuiori tempore ſupra horizontem feretur, quàm ijs quorum habitatio eſt ſub polo boræo: atq; breuiori tempore illis dies erit.

Prop.12.Theor.) Quibus punctum verticale tantum à polo recedit manifeſto: quantũ tropicus diſtat ab æquinoctiali: ijs Sol circa ſolſticia æſtiua per vtrunq; temporis ſpatium noctis in-

*ctis inquam & diei: ſupra horizontem feretur: ijsq; dies continua, eſt triginta dierum. Circa ſolſticia verò hyberna, Sol per vtrunq; temporis ſpacium noctis inquam & diei: ſub horizonte erit. reliqui dies ad reliquos noctes *omnem (aliter differentem) ſeruabunt rationem.*

Finis libri Theodoſij de habitationibus.

THEODOSII

DE DIEBVS ET NOctibus liber primus.

Proœmium in quo explicantur hypotheſes.

1. *THeodoſius vtitur hac hypotheſi. Solem moueri æquabiliter: motuq; contrario motui ipſius mũdi: per circulum, qui per media ſigna ducitur (nominatur aliâs linea Ecliptica) eumq; circulum ſolis appellat.*

2. *Tempusq; diei appellat ſpatium temporis, quod eſt ab ortu ſolis vſq; in eius occaſum.*

Noctis

Noctis verò tempus, quod eſt ab occaſu vſque in ortum.

3. *Permutationem etiam circumferentiæ hæmiſphærij apparentis: quãdo exiſtente præcedenti puncto circumferentiæ in ortu: conſequens punctum exoriens & peragrans totum manifeſtum hemiſphærium: peruenit ad occaſum.*

4. *Permutationem verò circumferentiæ hemiſphærij occultati vocat: quando puncto (quod prius occiderat) circumferentiæ, quæ manifeſtum permutauit hæmiſphærium, exiſtente in orientali horizontis parte: etiam conſequens punctum exoritur. hoc eſt, quando poſtquam præcedens circumferentiæ punctum occidit: & totum occultatum hæmiſphærium perluſtrauit: conſequẽs punctum ad orientem peruenit.*

5. *Mundi conuerſio, eſt tempus quo vnaquæque ſtellarum fixarum: ab ortu ad proxime ſequentem ortum peruenit: vel etiam ab occaſu ad occaſum: vel deniq; à quouis loco ad quemuis locum. (Quia proponit ſtellas fixas nullum habere motum: vt antiqui ſenſerunt.)*

PRO-

PROPOSITIONES.

Prop.1.Theor.) Quando Sol à ſolſticijs æſtiuis procedit: tum dies præcedens longior eſt die ſequente: nox verò prior, breuior eſt nocte ſequente. verùm à ſolſticijs hybernis ſole præcedente: dies præcedens breuior eſt nocte ſequente: nox autem prior, prolixior eſt ſequente nocte.

Prop.2.Theor.) Si quodam die Sol ortum & occàſum fecerit: & æqualiter diſtiterit ab alteruiro contactu tropico: medio die ſolſtitiũ ſolis, erit in meridiano circulo. quòd ſi ſolſtitium fecerit prope tropicum æſtiuum: quocunque die fecerit ſolſtitium: ille dies inquam eſt longiſſimus totius anni: qui verò anteceſſerũt dies, aut etiam noctes antetedentes ſole procedente à ſolſtitijs hybernis, ad ſolſtitia æſtiua: æquales erunt diebus & noctibus conſequentibus, quando Sol à ſolſtitijs æſtiuis ad ſolſtitia hyberna progreditur: dies, inquam, & noctes æqualiter à die ſolſtitiali diſtantes.

Prop.3.Theor.) Si quando Sol die quadã in aliquo circulo æquidiſtanti exoritur: ante ſolſtitia æſtiua: & poſt ſolſtitia æſtiua, aliquo alio

alio die occiderit in eodem circulo æquidiſtanti: tum dies iſti inter ſe erunt æquales. præterea noctes atq; dies quæ fiunt ante vnam earũ ſole progrediente à ſolſtitijs hybernis ad ſolſtitia æſtiua: erunt æquales noctibus atq; diebus quæ fiunt poſt ſequẽtem noctem vel diem: ſole procedente à ſolſtitijs æſtiuis ad ſolſtitia hyberna, quæ ſcilicet æqualiter diſtant ab alterutra die.

Prop.4.Theor.) Si quodam die Sol oriatur & occidat: neq; æqualiter à contactu tropico quolibet diſtiterit: tum Sol non faciet ſolſtitium medio die. quocunq; verò die ad circulum ſolſtitialem, ſolſtitium fecerit: erit longiſſimus totius anni dies iſte: & dies illius ſemicirculi, in quo ſol propior contactui ſolſtitiali, ortum vel occaſum fecit: longiores erunt: diebus qui fient in altero Sole incidente ſemicirculo: noctes verò econtra breuiores: ſed ſi ad ſolſtitialem hybernum hæc fiant: contraria contingent.

Prop.5.Theor.) Quando Sol à ſolſtitio æſtiuo procedit, atque ortum fecerit in æquinoctiali circulo, tum nox quæ Solis exortum ante-

ceſſit

receſsit: erit æqualis diei quæ ſequitur eundem ſolis ortum.

Prop.6.Theor.) Dies atq; noctes quæ æqualiter ab æquinoctiali circulo diſtant: ſunt etiã æquales. Dicuntur verò æqualiter ab æquinoctiali diſtare: quando ortus & occaſus, æqualiter ab æquinoctiali diſtant.

Prop.7.Theor.) Si Sol diametraliter occidat & oriatur: nox per dimidium totius anni, eſt æqualis diei.

Prop.8.Theor.) Quando Sol ſemicirculum ab æquinoctiali ad ſolſtitialem æſtiuum vſque interceptum percurrit: tum breuiſsimus dies maior eſt & prolixior, longiſsima nocte.

Prop.9.Theor.) Sole à ſolſtitijs hybernis procedente: ſi ſol duos fecerit ortus, quorum alter fuerit ſuperior, alter inferior: tum occaſus qui fiet poſt ſuperiorẽ ortum, etiã ſuperior erit, quàm occaſus qui fiet poſt inferiorem ortum. Præterea occaſus qui antecedit ſuperiorem ortum: erit ſuperior, quàm ſit occaſus inferioris ortus.

Prop.10.Theor.) Quando Sol à ſolſtitijs æſtiuis progreditur: ſi Sol duos fecerit occaſus: quorum

quorum alter quidem ſit ſuperior, alter verò inferior: tum ortus ille qui fit poſt ſuperiorem occaſum: ſuperior erit, quàm ſit is ortus, qui contingit poſt inferiorem occaſum: item ortus qui accidit ante ſuperiorem occaſum: erit etiam ſuperior ortu, qui fit ante inferiorem occaſum.

Prop. 11. Theor.) Sole procedente à ſolſtitijs æſtiuis: ſi quando neq; occaſus, neq; ortus ſolis fit in æquinoctiali circulo: tum non erit æquinoctium.

Prop. 12. Theor.) Sole progrediente à ſolſtitijs hybernis: ſi quando neq; ortus, neq; occaſus ſolis fit, in circulo æquinoctiali: tum non erit æquinoctium.

Finis libri primi Theodoſij de diebus & noctibus.

THEODOSII

DE DIEBVS ET NOCTIbus liber ſecundus.

Propoſitio 1. Theor.

QVando Sol percurrit quartam zodiaci par-

ci partem, quæ Cancrum conſequitur: tum nox & dies additæ: nocti & diei additis ſunt inæquales: atq; ſemper longiores erunt priores, poſterioribus.

Prop. 2. Theo.) Quando Sol peragrat quartam zodiaci partem, quæ eſt poſt Libram: tum nox & dies additæ, nocti & diei additis inæquales ſunt: atque ſemper priores breuiores erunt poſterioribus.

Prop. 3, Theor.) Quando Sol perambulat quartam zodiaci, quæ Capricornum conſequitur: tum dies & nox additæ ſunt inæquales diei & nocti additis: atq; ſemper priores poſterioribus ſunt prolixiores.

Prop. 4. Theor.) Quando ſol eſt in quarta zodiaci, quæ ſequitur Arietem: tum dies & nox additæ diei & nocti additis ſunt inæquales: atq; priores poſterioribus, ſunt breuiores.

Prop. 5. Theor.) Dies & nox quæ ſolſtitia æſtiua ſequuntur, additæ longiores ſunt, die & nocte additis quæ ſolſtitia ſequuntur hyberna: & quæ diametraliter opponitur, longior eſt quàm ſit quæ diametraliter ei eſt oppoſita.

Prop. 6. Theor.) Dies & nox quæ ſequun-

tur ſolſtitia æſtiua additæ: æquales ſunt diei et nocti additis, quæ ſolſtitia ſequuntur hyberna, & diametralis diametraliter oppoſitæ.

Prop. 7. Theor.) Dies & noctes ab æquinoctiali æqualiter diſtantes, ſunt æquales diebus & noctibus, quando Sol percurrit vel ſemicirculum qui Cancrum ſequitur, vel alterum qui capricornum conſequitur.

Prop. 8. Theor.) Dies & noctes ab alterutro contactu tropico æqualiter diſtantes: ſi dies & nox addantur diei & nocti, additis erunt æquales.

Prop. 9. Theor.) Si in medio die aut media nocte, Sol alterutrum fecerit ſolſtitium: tum dies & nox additæ, diei & nocti additis erunt æquales, temporis ratione habita: quæ ſcilicet fiunt in vno ſemicirculo, ijs quæ fiunt in altero (hoc eſt dies diebus, & noctes noctibus) quæ à contactu (in quo ſolſtitia ſol fecit, vel medio die, vel media nocte) æqualiter diſtant.

Prop. 10. Theor.) Si in nulla alia cœli conuerſione in meridiano circulo erit: neq; circiter meridiem, neq; mediam noctem, ſed quando à ſolſtitijs quidem æſtiuis progreditur; tum medium

dium diei, mediumq́; noctis facit inter orientalem ſemicirculum horizontis, & meridianum circulum.

Prop. 11. Theor.) *Quando Sol à ſolſtitijs hybernis ad ſolſtitia progreditur æſtiua: eo loco faciet meridiem, & medium noctis qui eſt inter ſemicirculum occiduum, & meridianum.*

Prop. 12. Theor.) *Quando Sol exoriens, facit ſolſtitium æſtiuum: tum non erit medium diei in meridiano: ſed eo in loco. qui eſt inter ſemicirculum horizontis ortiuum, & ipſum meridianum circulum.*

Prop. 13. Theor.) *Quando Sol ante medīu diei, fecerit ſolſtitium æſtiuum: non erit medium diei in meridiano circulo: ſed in eo loco, qui eſt inter meridianum & ortiuum horizontis ſemicirculum: faciet Sol medium diei & medium noctis.*

Prop. 14. Theor.) *Si poſt medium diei Sol fecerit ſolſtitium æſtiuum: tum medium diei non erit in meridiano: ſed in loco, qui eſt inter occiduum ſemicirculum, & meridianum, faciet Sol medium diei & medium noctis.*

Prop.15.Theor.) Si annus conſtat ex integris Solis periodis, & circumferentijs quas facit: hoc eſt ex numero rationali & effabili dierum naturalium conſtiterit: tum etiam ſingulæ continuè inſequentium annorum dies & noctes æquales erunt: longitudine ipſa & numero: atque in ijsdem punctis horizontis & Solaris circuli fiunt ſolſtitia, ortus, & occaſus. deniq; eadem hora Sol eſt in tropicis circulis, & in æquinoctiali.

Prop.16.Theo.) Quòd ſi verò annus nō cōſtat ex integris Solis periodis & circumferentijs quas facit: ſed integris periodis aut circumferentijs quas ſol facit: pars aliqua fuerit adiecta: tum dies & noctes primi anni erunt inæquales diebus & noctibus ſequentis anni ipſis longitudinibus: neq; ſolſtitia, aut ortus, aut occaſus fient in ijsdem punctis horizontis & ſolaris circuli: neq; etiam eodem tempore Sol redit ad tropicos circulos, & æquinoctialem.

Prop.17.Theor.) Si poſuerimus ſolis circumferentias quas facit, inter ſe æquali temporis ſpacio fieri: ſicuti ſenſibus id fieri apparet: totusq; annus conſtiterit ex integris reuolu-

tioni-

tionibus & periodis Solis: omnia eodem accident modo ſingulis annis, vt & antea eſt dictum: ſin verò totus annus non conſtabit ex integris Solis conuerſionibus: ſed acceſſit pars aliqua circumuolutionis: quòd ſi tum pars illa quæ accedit, fuerit commenſurabilis vniuerſæ circumuolutioni: tum in annis ſequentibus non fient eadem, vt dictum eſt: ſed aliquibus annis tantum omnia eadem erunt.

Prop. 18. Theor.) Adhæc cùm ſecundum Metonem & Euctemonem videatur annus conſtare ex 365. diebus, & quinq; præterea 19 circumferentiæ totius, partibus: annis nouendecim peractis: omnia eadem erunt.

Prop. 19. Theor.) Quod autem tum, quando pars quæ accedit, incommenſurabilis fuerit vniuerſæ circumuolutioni nunquam annis 19. omnia eadem fient: hoc eſt, Sol nunquam eò vnde cœperat moueri, reuertatur, ſic demonſtrabimus.

Finis librorum Theodoſij de diebus & noctibus.

AVTOLYCI

DE SPHÆRA MOBILI
liber vnus.

DEFINITIONES.

1. PVncta æquabiliter dicuntur ferri & moueri: quæcunq; æquali temporis ſpacio: æquales & ſimiles magnitudines perambulant.
2. Quòd ſi verò in linea quadam aliquod punctum perlatum fuerit: & æquabiliter perambulet duas lineas: tum eandem habebit rationem tempus ad tempus: quo punctum vtramq; perfecerit lineam ſuo motu: & linea ad lineam.

PROPOSITIONES.

Prop.1.Theor.) Si ſphæra æquabiliter circa ſuam vertitur axem: omnia quæcunq; ſunt in ſuperficie ſphæræ puncta: neq; in ipſa ſunt axe: æquediſtanteis deſcribent circulos: eoſdem polos cum ſphæra habentes: deniq; rectos, quò ad axem.

Prop.2.Theor.) Si ſphæra æquabiliter vertitur

titur circa ſuam propriam axem: tum omnia quæ in ſuperficie ſphæræ ſunt puncta: æquali tempore, ſimiles circumferentias circulorum æquidiſtantium in quibus feruntur, percurrunt.

Prop.3.Theo.) Si ſphæra æquabiliter vertitur circa ſuam propriam axem: quaſcunque æquali tempore circumferentias puncta quædam peragrant de circulis, in quibus feruntur æquediſtantibus: illæ ſunt ſimiles.

Prop.4.Theor.) Si in ſphæra maximus circulus fixus, & axi ſphæræ ad angulos rectos conſtitutus: diſtinguit hæmiſphærium ſphæræ occultum ab apparēte, cum ſphæra circa ſuam vertitur axem: nullum punctum in ſuperficie ſphæræ exiſtens, neq; occidit neque oritur, ſed quæ ſunt in hemiſphærio manifeſto, ſemper apparent: quæcunq; verò exiſtunt in hemiſphærio occulto, ſemper latent.

Prop.5.Theor.) Si circulus fixus per polos ſphæræ ductus diſtinguit manifeſtum ab occulto: tum omnia quæcunq; ſunt in ſuperficie ſphæræ puncta: conuerſione & motu ſphæræ occident atque orientur: & æquali tempore

ſupra horizontem & infra horizontem ferentur.

Prop.6.Theor.) Si in ſphæra maximus circulus, atque is fixus: diſtinguit manifeſtum ſphæræ, ab occulto: atque fuerit obliquus ad axem: tanget is duos æquales & æquediſtantes inter ſe circulos: quorum alter quidem polo apparenti vicinus ſemper erit manifeſtus: alter vero proximus polo occultato, ſemper latet.

Prop.7.Theor.) Si circulus in ſphæra qui diſtinguit manifeſtum ſphæræ ab occulto, fuerit obliquus ad axem: tum circuli qui ad axem ſunt ad angulos rectos conſtituti: atque horizontem ſecant: ſemper in ijsdem pũctis horizontis ortus & occaſus ſuos facient: præterea ſimiliter erunt ad horizontem inclinati.

Prop.8.Theor.) Maximi circuli qui eos tangunt circulos, quos horizon tangit: quando ſphæra vertitur: applicabuntur & conuenient horizonti.

Prop.9.Theor.) Si in ſphæra maximus circulus obliquus ad axem: diſtinguit manifeſtũ ſphæræ ab occulto: tum ex punctis quæ ſimul oriuntur: ea quidem quæ vicina ſunt polo manifeſto

niſeſto poſteriore occidunt loco: quæ verò ſimul occidunt: ea quæ ſunt polo manifeſto proxima, prius oriuntur.

Prop. 10. Theor.) Si in ſphæra maximus circulus obliquus ad axem: diſtinguit manifeſtũ ſphæræ ab occulto: tum circulus per ſphæræ polos ductus, bis eſt rectus ad horizontem.

Prop. 11. Theor.) Si in ſphæra maximus circulus obliquus ad axem: diſtinguit manifeſtũ ſphæræ ab occulto: & alius quidam circulus obliquus, maiores tetigerit circulos quàm horizon: in omni horizontis circumferentia quæ eſt inter circulos (quos tangit) æquidiſtantes: ortus & occaſus faciet.

Prop. 12. Theor.) Si in ſphæra circulus fixus, mobilem quendam in ſphæra circulum ſemper in duas ſecat partes æquales: neuter verò eorum neq; rectus fuerit ad axem, neque per polos ſphæræ ductus: tum vterq; eorum eſt maximus ſphæræ circulus.

Finis Autolyci de ſphæra mobili.

AVTOLYCI

DE ORTV ET OCCASV ſtellarum, liber primus.

DEFINITIONES.

STellarum fixarum ortus & occaſus alij dicuntur veri, alij apparētes. atq; ex veris

1. Ortus quidem matutinus eſt: quando vnà cū ſole exoriente aſtrū aliquod ſimul exoritur.
2. Occaſus verò matutinus eſt, quando ſimul cum ſole exoriente, aſtrum aliquod occidit.
3. Veſpertinus ortus eſt, quando ſimul cum ſole occidente aſtrum aliquod exoritur.
4. Veſpertinus deniq; occaſus eſt: quando vnà cum ſole occidente, aſtrum aliquod ſimul occidit.

Ex apparentibus verò, cum ortu tum occaſu.

1. Matutinus quidem ortus eſt, quando antequam Sol oritur, aſtrum aliquod prius conſpicitur exoriri.
2. Matutinus verò occaſus eſt, quando ante Solem exorientem aſtrum aliquod prius videtur occidere.

3. Ve

3. *Veſpertinus etiam ortus apparens eſt, quando poſtquam Sol occidit: aſtrum aliquod poſtremo apparet oriri.*

4. *Veſpertinus tandem occaſus apparens eſt: quando poſtquam Sol occidit: aſtrum aliquod poſtremo apparet occidere.*

PROPOSITIONES.

Prop.1. Theor.) Vnius cuiuſque ſtellæ fixæ, ortus quidem & occaſus matutini apparentes: ſunt veris poſteriores: ſed veſpertini ortus & occaſus apparentes, ſunt veris priores.

Prop.2. Theor.) Vnaquæq; ſtella fixa ab apparente ſuo ortu matutino: ſingulis noctibus videtur oriri: vſque ad veſpertinum apparentem ortum: nullo verò alio tempore: atq; eſt tempus aliquod, in quo aſtrum oriri conſpicitur: quod eſt minus dimidia anni parte.

Prop.3. Theor.) Vnaquæque ſtella fixa ab apparente matutino occaſu: ſingulis noctibus conſpicitur occidere: vſq; ad veſpertinum apparentem occaſum: nullo verò alio tempore: atq; eſt aliquod tempus, quo aſtrum conſpicitur occidere, quod minus eſt dimidia anni parte.

Prop.

Prop.4.Theor.) Ex ſtellis fixis, quæcunq; ſunt in zodiaco circulo: illæ quidem à matutino apparente ortu, faciunt matutinum apparentem occaſum ſpacio dimidij anni: quæ verò ſunt verſus ſeptentrionem: longiore tempore: quæ deniq; verſus meridiem breuiore.

Prop.5.Theor.) Quæcunq; ex ſtellis fixis ſunt in zodiaco circulo: illæ quidem à veſpertino apparente ortu, faciunt veſpertinum apparentem occaſum: ſpatio dimidij anni: quæ verò ſunt verſus ſeptentrionem, longiore: quæ tandem ad meridiem, breuiore.

Prop.6.Theor.) Vnaquæque ſtellarum fixarum orientium & occidentium: ſimul exoritur propemodum toto anno, ita vt faciat verum ortum matutinum: & ſimili etiam modo ſimul occidit.

Prop.7.Theor.) Vnaquæq; ſtellarum fixarum, à vero ortu matutino: facit verum ortum veſpertinum per dimidiam propemodum anni partem: & à veſpertino occaſu: verum matutinum ortum.

Prop.8.Theor.) Quæcunq; ſtellæ in zodiaco ſunt circulo: illæ poſt veſpertinam apparitionem

tionem: faciunt primam matutinam apparitionem: poſtquam aliquot diebus & noctibus non apparuerunt.

Prop.9.Theor.) Aſtra quæ verſus meridiem magis ſunt, quàm quæ in zodiaco exiſtunt circulo: ab extrema veſpertina apparitione: matutinam faciunt apparitionem primam: poſtquam per dies plures occultata fuerunt, quàm quæ in zodiaco ſunt circulo, latuerint.

Prop.10.Theo.) Ex ſtellis fixis quæ oriũtur & occidunt, quædam quæ magis verſus ſeptentrionem ſunt, quàm ſit zodiacus circulus: tota nocte conſpiciuntur.

Prop.11.Theor.) Nullum aſtrum quod in zodiaco locum habet, conſpiciẽtur moueri per totum manifeſtum hemiſphærium: nec etiam quæ ſunt verſus ſeptentrionem, ſed quæcunq; aſtra verſus meridiem non omnino proxima ſunt zodiaco circulo conſpici poſſunt, ferri per totum manifeſtum hemiſphærium.

Prop.12.Theor.) Aſtra quæ habent ab ortu vero matutino, verum occaſum matutinum breuiore tempore quàm ſit dimidia anni pars: quo

quò breuius eſt tempus dimidio anno: eo inquam tempore aſtrum orietur & occidet: quando Sol eſt in hemiſphærio, quod ſub terra eſt: reliquo quod huic eſt æquale tempore: aſtrum neq; occidet, neq; orietur: quando ſol eſt in ſuperiore hemiſphærio.

Prop.13. Theor.) Aſtra quæ habent matutinum verum occaſum: à vero matutino ortu per longius tempus, quàm ſit dimidia anni pars, quo tempus ipſum eſt longius dimidio anno: eo inquam tempore, aſtrum non occidet, neq; orietur, Sole exiſtente in hemiſphærio, quod eſt ſub terra: alio verò tempore, quod huic tempori eſt æquale: occidet aſtrum & orietur: ſole exiſtente in hemiſphærio, quod eſt ſub terra.

Autolyci de ortu & occaſu ſtellarum fixarum libri primi finis.

AVTOLYCI

DÆ ORTV ET OCCASV ſtellarum liber ſecundus.

Prop. 1. Theor.

S*Ignum zodiaci in quo eſt Sol, non conſpicitur*

citur neq; oriri, neque occidere:ſed occultatur: itaq; alterum zodiaci ſignum, quod huic opponitur, neq; oriri, neq; occidere conſpicietur : ſed tota nocte ſuper terram conſpicitur.

Prop.2.Theor.) *Ex duodecim zodiaci ſignis, ſignum quod antecedit, illud in quo eſt Sol, matutino ortu apparet oriri: quod verò ſignũ illud ſequitur veſperi occidere.*

Prop.3.Theor.) *Tempore nocturno vndecim tantum ſigna zodiaci conſpici poſſunt: ſex quidem eorum quæ exorta ſunt: quinq; verò exorientia.*

Prop.4.Theor.) *Quæcunq; ſtellæ fixæ ſunt zodiaco circulo interceptæ, vel ad ſeptentrionis, vel ad meridiei partes: illæ ab ortu matutino, ad ortum veſpertinum apparent & conſpiciuntur quinq; menſibus.*

Prop.5.Theor.) *Apud eos qui zonam inhabitant borealem, vnaquæq; ſtella fixa, ortus & occaſus veſpertinos & matutinos toto anno facit.*

Prop.6.Theor.) *Vnaquæq; ſtella quæ in zodiaco eſt poſita, ab ortu matutino ad veſpertinum ortum peruenit: & ab ortu veſpertino ad oc-*

ad occaſum matutinū, ſed ab occaſu matutino ad occaſum veſpertinū, & ab occaſu veſpertino ad occaſum matutinum. præterea ab occaſu veſpertino ad ortum matutinum diebus triginta peruenit: quo quidem tempore neq; oriri neq; occidere conſpicitur. ab ortu verò matutino ad ortum veſpertinum: ſpacio quinq; menſium peruenit: quo ſanè tempore oriri conſpicietur: ab ortu quoq; veſpertino ad occaſum matutinum peruenit triginta diebus: & neq; oriri neq; occidere videbitur: deniq; ab occaſu matutino vd occaſum veſpertinum quinq; menſibus peruenit: quo quidem tempore conſpicietur occidere.

Prop.7.Theor.) Quæcunq; ſtellæ zodiaco intercipiuntur circulo: verſus ſeptentrionem: illarum occaſus matutini antecedunt ortus matutinos: quæ verò ſunt interceptæ zodiaco circulo ad partes meridionales: illarum ortus matutini occaſus antecedunt matutinos.

Prop.8.Theor.) Quæcunq; ſtellæ zodiaco interceptæ ſunt circulo, iuxta ortus verſusq; ſeptentrionem: illarū occaſus veſpertini antecedunt ortus veſpertinos: quæ verò interceptæ ſunt

ptæ ſunt zodiaco circulo verſus meridiem : illarum veſpertini ortus, antecedunt veſpertinos occaſus.

Prop.9. Theo.) Ex ſtellis quæcunq; in eodẽ mouentur circulo: quæcunq; ſunt verſus ſeptentrionem zodiaco interceptæ circulo ; illæ breuiori tempore occultantur.

Prop.10: Theor.) Quibuscunq; ſtellis zodiaco circulo ex parte orientali verſus ſeptentrionem interceptis: aſtra ſimul occidentia diſtant ab aſtris ſimul cum ipſis exorientibus minus abſunt dimidia ſigni parte: illa ab ortu matutino, ad ortum veſpertinum: quinq; menſibus peruenient : & hoc tempore conſpicientur oriri. verum ab ortu veſpertino ad occaſum matutinum longiore tẽpore quàm diebus triginta: atq; hoc tempore occultata erunt. Item ab occaſu matutino ad veſpertinum occaſum quinq; menſibus perueniẽt : quo quidem tempore conſpiciẽtur occidere : deniq; ab occaſu veſpertino ; ad matutinum ortum breuiori tempore peruenient, quàm ſint trigintæ dies, quo ſane tempore occultata erunt.

Prop.11. Theor.) Quæcunq; ſtellæ zodiaco

circulo ſunt interceptæ verſus meridiem: quan do quæ cum illis ſimul oriuntur: abſunt à ſimul occidentibus breuiori circumferentia quàm ſit dimidiũ ſignũ, illa ab ortu matutino cõſequentem veſpertinũ ortũ facient: deinde matutinũ occaſum breuiore tẽpore quàm diebus triginta. Itẽ occaſum veſpertinũ, poſtea ortum matutinũ & occultabuntur longiore tempore, quàm aſtra quæ in zodiaco ſunt collocata circulo.

Prop. 12. Theor.) Quæcunq; ſtellæ zodiaco ſunt interceptæ circulo, à partibus orientis verſus meridiem: quarum ſtellæ ſimul orientes diſtant à ſimul occidentibus ſigno integro zodiaci: illæ eadem nocte veſperi oriuntur, & manè occidunt, & longiore tempore occultantur, quàm quæ in zodiaco ſunt collocatæ circulo.

Prop. 13. Theor.) Si ſtellæ quæ cum aſtris zodiaco circulo ex partibus occidentis interceptis verſus ſeptentrionem ſimul occidunt: diſtant à ſimul exorientibus ſigno zodiaci: tũ illæ non occultabuntur: ſed eadem nocte matutino ortu oriri, & veſpertino occaſu occidere conſpicientur. atq; longiore tempore occulta-

cultabuntur quàm ſtellæ quæ in zodiaco ſunt conſtitutæ circulo: & veſpertinum ortum atq; matutinum occaſum faciunt.

Prop.14.Theor.) *Quæcunq; ſtellæ zodiaco ſunt circulo interceptæ ex partibus occidentis verſus ſeptentrionem: quando illis accidit, vt quæ ſimul occidunt diſtent à ſimul exorientibus plus quàm zodiaci circumferentia: tum illæ non occultabuntur: ſed eadem nocte matutinæ orientur, & veſpertinæ occident: ab ortu matutino vſque ad occaſum veſpertinum.*

Pro.15.Theor.) *Quæcunq; ſtellæ zodiaco interceptæ ſunt circulo: ad partes occidentales verſus meridiem: ſi illis contingit vt aſtra ſimul occidentia diſtent ab aſtris ſimul exorientib. minus ſigni alicuius circũferentia: tum illa ab ortu matutino conſequentẽ ortũ veſpertinũ faciẽt: poſtea matutinũ occaſum, deinceps veſpertinũ occaſum, & occultabuntur lõgiore tẽpore, quàm ſtellæ in zodiaco poſitæ circulo.*

Prop.16.Theor.) *Quæcunq; ſtellæ zodiaco ſunt interceptæ circulo ex partibus occidentis verſus meridiem illis accidit, ſi aſtra ſimul occidentia diſtent ab aſtris ſimul orientibus ſi-*

gni vnius circumferentia: tum illa eadem nocte veſpertina orientur, & matutina occident: atque longiore tempore occultabuntur, quàm quæ in zodiaco ſunt poſitæ circulo.

Pro. 17. Theo.) Quæcūq; ſtellæ zodiaco ſunt interceptæ circulo ex partib. occidentis verſus meridiem illis accidit, vt ſi aſtra ſimul occidentia, diſtent ab aſtris ſimul exorientibus maiore circumferentia, quàm zodiaci ſigno: illa ab ortu matutino ad occaſum peruenient matutinum, poſtea ad veſpertinum ortum: & eadem nocte oriri atque occidere conſpiciuntur. Verum ab occaſu matutino, vſque ad ortum veſpertinum, longiore tempore occultabuntur, quàm aſtra in zodiaco circulo poſita.

Finis libri ſecundi Autolyci de ortu & occaſu ſtellarum

EVCLIDIS

PHÆNOMENA.

Hypotheſes.

QVoniam ſtellæ fixæ videntur ex eodem loco oriri, & in eodem loco occidere: & quæ ſimul oriuntur: etiam ſemper ſimul oriri: ſic quoq;

ſic quoq; quæ ſimul occidunt: etiam ſemper ſimul occidere: deniq; in motu qui fit ab ortu in occaſum, eadem perpetuo inter ſe interualla retinere atq; obſeruare: id quod fit in ijs tantum, quæ feruntur motu circulari, quia viſus omnino æqualiter diſtat à circumferentia: quod ſanè in opticis eſt demonſtratum. Idcirco ponendum eſt aſtra ferri atq; moueri circulariter: & infixa eſſe vni corpori: atq; viſum à circumferentijs æqualiter diſtare. Stella enim aliqua inter ſublimiora conſpicitur: nullo modo permutare locum de loco. ſed quocunque in loco eſt: in eo etiam circumfertur. Cùm ergo hoc modo appareant omnino à circumferentijs circulorum, in quibus reliquæ feruntur ſtellæ æqualiter diſtare: ideo rurſus ponendum eſt, omnes circulos eſſe æquediſtantes: & omnes ſtellas fixas in circulis æquediſtantibus circumferri, habentibus, prænominatam ſtellam pro polo. Ex his verò ſtellis, alias quidem neq; oriri, neque occidere videmus: propterea quod circulis ferantur ſublimioribus: quos ſemper apparentes vocant. ſunt autem illæ ſtellæ quæ ſequuntur polum apparentem: vſq;

ad aſtrictum circulum: & circumferuntur minimo circuitu & ambitu: ſtellæ illæ quæ prope polum exiſtunt. maximo verò quæ ab arctico diſtant: deniq; quæ in ipſo ſunt arctico circulo, videntur horizonta tangere. ſic etiam quæcunq; ſtellæ verſus meridiem ab his recedunt: omnes conſpiciuntur ortum & occaſum facere. propterea quòd ipſarum circuli, non integri ſint ſupra terram: ſed partem quãdam eorũ ſupra terram: alterã verò ſub terra habeãt. Ex ijs verò quæ ſupra terram ſunt circulorũ ſegmentis: vnum quodq; eorũ maius apparet: quod eſt proximum maximo ſemper apparentium circulorum: eorum verò, quæ ſunt ſub terra minimum, quod prædicto circulo proximum eſt. propterea quod tempus motus ſub terrà ſtellarum, quæ in eo ſunt circulo, ſit minimum: habeant circuitum verò ſupra terram maiorem. quæ verò ſtellæ ſunt in circulo remotiore: ſemper motum eorũ ſupra terram: habere tempus breuius, ſub terra verò longius. minimum deniq; tempus motus ſupra terram habẽt ſtellæ, quæ meridiei ſunt proximæ. longiſſimum verò ſub terra. Conſpiciuntur

autem

autem ſtellæ, quæ exiſtunt in medio horum omnium circulo, facientes tempus motus ſupra terram, æquale tempori motus infra terram. Ideoq; nominamus eum circulum æquinoctialem. ſed quæ ſtellæ fuerint in circulis ab æquinoctiali æqualiter diſtantibus æquali tempore in ſegmentis permutatim ſumptis motum ſuum perficiunt. Vtpote, quæ ſupra terram ſunt verſus ſeptentrionem: ſi cum ijs quæ infra terram verſus meridiem exiſtunt: & econtra quæ ſupra terram à parte meridionali ſunt: ſi comparentur cum ijs, quæ infra terram exiſtunt à ſeptentrione. denique vtriusq; circuli & illius qui ſupra terram, & qui ſub terra continuus eſt: idem tempus apparet. Circuli etiam duo lacteus & zodiacus obliqui exiſtentes: ad parallelos circulos, & ſeſe mutuò ſecantes in circumuolutione: apparent perpetuo ſemicirculos ſuos habere ſupra terram.

Propter iſta ergo omnia quæ iam dicta ſunt. Ponatur mundus eſſe ſphæricus. Nam ſi vel Cylindri vel Coni formam haberet: tum ſtellæ quæ ſunt in circulis obliquis & ſecantibus æquinoctialem in duas partes æqua-

les: motu ipſius mundi non apparerent perpetuo circumlatæ: eſſe in ſemicirculis æqualibus: verum nonnunquam in ſegmento quod eſt maius ſemicirculo: aliquando verò in eo quod eſt ſemicirculo minus. Quod ſi enim Conus aut Cylinder plano aliquo ſecetur, non autem ad baſim, tum ſectio fit oxygonij Coni, ſimilisque eſt Clypeo. manifeſtum ergo eſt, quod cuiuſmodi figura per medium ſecta in longitudinem & in latitudinem efficit ſegmenta diſſimilia. præterea patet quod etiam ſi obliquè ſecetur per medium: eodem modo faciat ſegmenta diſsimilia. Illud autem non videmus fieri in mundo. Quapropter ex his omnibus conſequitur: mundum eſſe forma ſphærica & rotunda præditum, & æquabiliter circa axem moueri: cuius alter polus ſupra terram exiſtens manifeſtus & conſpicuus eſt: alter verò ſub terra latens, nunquam conſpicitur. Horizon nominetur planum illud noſtrum, quod procidit in mundo: atque hemiſphærium ſupra terram manifeſtum diſtinguit. eſt autem circulus (quem horizonta vocamus) Quando enim ſphæra plano aliquo fuerit ſecta: tum ſe-

ctio cir-

ctio circulus erit. Meridianus nominetur circulus, qui per polos ſphæræ ducitur: & ad horizonta eſt rectus. Tropici verò, quos circulus per media ſigna, qui & zodiacus appellatur, attingit: quare eoſdem cum ſphæra polos habent. Circulus verò per media ſigna, & æquinoctialis ſunt maximi: quia ſeſe mutuò ſecant in duas partes æquales. Nam principium Arietis, & principium libræ: ex diametro opponuntur, & cùm ſint in æquinoctiali circulo, coniungatè oriuntur & occidunt, hoc eſt, vno oriente alterum occidit, & econtra. interq; hæc ſigna ſunt de duodecim ſex poſita ſigna. Æquinoctialis verò habet duos ſemicirculos: ſiquidem vtrunque principium in ipſo æquinoctiali exiſtens: in eodem fertur tempore: illud quidem ſupra: hoc verò infra terram. Quando verò ſphæra æquabiliter & vniformiter circumfertur circa ſuam propriam axem: tum omnia quæ in ſuperficie ſphæræ ſunt puncta: æquali tempore ſimiles percurrunt circumferentias, circulorum æquediſtantium, in quib. feruntur: itaq; ſimiles æquinoctiali abſoluunt circumferentias, alterum quidem ſupra: alte-

rum verò infra terram. ſunt ergo æquales illæ circumferentiæ, vnde vtraq; circumferentia erit ſemicirculus. Ab oriente enim in orientē, aut ab occidente in occidentem eſt vnus iſq; integer circulus. Quapropter zodiacus & æquinoctialis, ſeſe mutuo ſecant in duas partes æquales. quando verò duo circuli in ſphæra ſeſe mutuò ſecant in duas partes æquales: vterq; circulorum ſeſe mutuò ſecantium, eſt maximus. zodiacus itaque circulus & æquinoctialis ſunt maximi. Eodem modo & horizon è numero maximorum circulorum eſt: quia zodiacum & æquinoctialem maximos in ſphæra circulos, ſemper ſecat in duas partes æquales. Nam de duodecim ſignis, ſex ſemper ſunt ſuprà terram: ita æquinoctialis ſemper ſemicirculum ſui ſupra habet. Fit etenim vt ſtellæ in eo exiſtentes, ſimul oriantur & occidant eodem temporis interuallo. altera ab ortu in occaſum: altera ab occaſu in ortum.

Manifeſtum itaq; eſt ex ijs quæ iam ſunt dicta & explicata: quod de æquinoctiali circulo ſemper ſit ſemicirculus ad horizontem. quando verò circulus aliquis fixus & immobilis

bilis ſecat alium mobilem, maximumq́ in ſphæra circulum in duas partes æquales: tum & ſecans, maximus eſt circulus. Quare & horizon erit è numero maximorũ in ſphæra circulorũ.

PROPOSITIONES.

Prop.1. Theor.) Terra in medio mundi eſt ſita: & reſpectu totius mũdi cẽtri locũ obtinet.

Prop.2. Theor.) In vna mundi circumuolutione circulus quidem per polos ſphæræ ductus: bis erit rectus ad horizontẽ: zodiacus verò ad meridianum quidem bis erit rectus: ad horizontem verò nunquam: quando polus horizontis fuerit inter tropicum æſtiuum & arcticum circulum. Sed ſi polus horizontis in altero tropicorum fuerit: tum zodiacus circulus ſemel rectus erit, ad horizontem. quòd ſi verò polus horizontis extiterit inter tropicos: tum zodiacus bis erit rectus ad horicontem.

Prop.3. Theor.) Stellarum orientium & occidentium vnaquæq; in ijsdem punctis horizontis oritur & occidit.

Prop.4. Theor.) Quæcunq; ſtellæ ſunt in circumferentia maximi circuli: qui neq; ſecat maximum ſemper apparentium circulorum: neque

neque etiam attingit eum: earum inquam ſtellarum quæcunq; prius oriuntur, prius occidũt: et quæ prius occidũt: etiam prius oriũtur.

Prop. 5. Theor.) Quæcunque ſtellæ ſunt in maximi circuli circumferentia: qui maximum ſemper apparentium circulorum ſecat: earum inquam ſtellarum, quæcunque ſunt ad ſeptentrionem: prius quidem oriuntur: poſterius verò occidunt.

Prop. 6. Theor.) Quæcunque ſtellæ in zodiaco diametraliter oppoſitæ ſunt: coniugatè oriuntur & occidunt. ſimiliter & illæ quæ in æquinoctiali exiſtunt.

Prop. 7. Theor.) Zodiacus circulus per omnem horizontis locum, inter circulos tropicos oritur & occidit: quando maximus ſemper apparentium circulorum, non fuerit maior tropico, & tranſmutatim ſacit commutationes. cùm enim ortus ad meridiem fuerit immutatus cum occaſu ad ſeptentrionem: apparet tranſmutatus. ſic ſi quando fuerit immutatus ortus ad ſeptentrionem cum occaſu ad meridiem tranſmutatus, & quandoq; aliter ſupra nos conſtituitur.

Prop.

Prop.8. Theor.) Zodiaci ſigna oriuntur & occidunt in ſegmentis horizontis inæqualibus, in maximis quidem quæ prope æquinoctialem ſunt: in minoribus quæ æquinoctialem ſequuntur: in minimis verò quæ prope tropicos exiſtunt. deniq; in ſegmentis æqualibus, quæ æqualiter ab æquinoctiali diſtant.

Prop.9. Theor.) Semicirculi zodiaci circuli, quicunq; principia non habent in eodem parallelo: vel æquidiſtanti circulo: integri oriuntur temporibus inæqualibus: longioribus quidem cum Cancro: minoribus verò qui ſequuntur: minimis deniq; cum Capricorno: ſed qui ſemicirculi principia ſua habent in eodem æquidiſtanti circulo: æqualibus oriuntur temporibus.

Prop.10. Theor.) Si zodiaci duo ſemicirculi oriuntur temporibus inæqualibus: atque communem aliquam habuerint circumferentiam: etiam circumferentiæ oppoſitæ oriuntur temporibus inæqualibus. atq; eædem differentiæ erunt temporum, quibus cum ſemicirculi oriuntur: & circumferentiæ oppoſitæ. quod ſi verò zodiaci, duo ſemicirculi æqualibus temporibus

poribus oriuntur, communem aliquam habentes circumferentiam : tum & circumferentiæ oppoſitæ,æqualibus temporibus oriuntur.

Prop.11. Theor.) *Circumferentiæ zodiaci æquales & oppoſitæ:ita ſe habent,vt quo tempore vna oritur, altera occidat: & quo tempore vna occidit,altera oriatur.*

Prop. 12. Theor.) *Circumferentiæ æquales illius ſemicirculi, qui cum Cancro eſt: temporibus inæqualibus occidunt:& longiore tempore quæ ſunt ad contactum tropicorum, breuiore verò quæ ſequuntur has: minimo verò quæ ſunt ad æquinoctialem: deniq; quæ æqualiter diſtant ab æquinoctiali circulo : æquali tempore & oriuntur,& occidunt.*

Prop. 13. Theor.) *Circumferentiæ æquales ſemicirculi illius qui cum Capricorno eſt, oriuntur temporibus inæqualibus: & longiore quidem quæ ſunt ad contactum tropicorum breuioribus, quæ has ſequuntur: minimo verò quæ ſunt ad æquinoctialem: deniq; æqualibus temporibus oriuntur & occidunt: quæ æqualiter ab æquinoctiali circulo diſtant.*

Prop. 14. Theor.) *Circumferentiæ zodiaci*

diaci circuli æquales : non permutant æqualibus temporibus hemiſphærium manifeſtum: ſed prolixiore tempore, quæ ſunt ad contactum tropici æſtiui : quàm quæ longius abſunt ab eo : tum quando polus horizontis fuerit inter arcticum & tropicum æſtiuum.

Prop.15. Theor.) Eodem modo in altero ſemicirculo, circumferentiæ æquales, temporibus inæqualibus manifeſtum permutant hemiſphærium : & quæ ſunt propiores contactui tropici circuli prolixiore tempore, quàm q̄ longius abſunt. Verum quæ æqualiter à tropico diſtant: tempore æquali in vtroq; ſemicirculo.

Prop.16. Theor.) Circumferentiarum zodiaci æqualium & oppoſitorum, quocunque tempore vna permutat manifeſtum hemiſphærium: altera permutat occultum : & quo tempore hæc occultum:illa manifeſtum permutat.

Prop.17.Theor.) Circumferentiæ zodiaci æquales: non permutant tempore æquali occultum hæmiſphærium : ſed longiore tempore, quæ eſt tropico hyberno vicina, quàm quæ remotior ab eo : æquali denique tempore, quæ æqualiter diſtant ab vtroq; contactu.

Prop.

Prop.18. Theor.) Circumferentiæ quæ ex vtraque parte æquinoctialis circuli fuerint æquales, & æqualiter diſtantes ab eodem æquinoctiali ita ſe habent: vt quo tempore vna permutat manifeſtum hemiſphærium, altera permutabit occultum: & quo tempore hæc permutat occultum hemiſphærium; illa manfeſtum permutabit.

Prop. 19. Theor.) Circumferentiæ verò æquales quæ interceptæ ſunt circulo æquinoctiali ad tropicum: ita ſe habent: vt longiore tempore altera earum manifeſtum hemiſphærium permutet, quàm reliqua: & vna quæcunque illa ſit, altera qualicunque.

Prop.20. Theor.) Eodem modo & circumferentiæ æquales, quæ in altero ſunt ſemicirculo æquinoctiali circulo intercepto ad tropicum hybernum: ita ſe habent, vt longiore tempore vna earum occultum permutet hemiſphærium, quàm altera manifeſtum: & quævis, quauis.

FINIS.

PROPOSITIONES LOGISTICÆ

BARLAAMI MONAchi Lib. VI. latinè.

ARGENTORATI,

1572.

D. ROBERTO

RENOVSSONIO PROCVRATO-
ri Curiæ Pariſienſis, Viro optimo,
& amico ſuo charo, Cunra-
dus Daſypodius
S. D.

VIDES D. RENOVSſoni, me ad plures de meis ſtudijs ſcribere: nō quòd vel mihi hoc ſcribendi genere, vel amicis huiuſmodi frequenti ſcriptione placeam: vel denique aliquid inde reportare gloriæ cupiam. ſed quòd optem manifeſtum eſſe omnibus, quorum conſilio & opera ſum vſus: mea ſtudia eouſque eſſe deducta: vt fundamento quaſi iacto: cætera deinceps faciliori opera ſuperſtruere poßim: & quòd neceſſarium eſſe exiſtimem declarare ſpem, quam ex veſtra

commendatione plurimi eruditi virt, de me conceperunt non eſſe falſam. Itaque ad te quoque vir optime hæc ſcribo, tanquam ad eum, qui plurimum me ſuis iuuit officijs: atq; obnixè vos omnes rogo, vt hæc mea tenuiori ſtylo ſcripta: æquo & ſyncero ſuſcipere velitis animo: quia ſcio vobis non aliter placitura: niſi Senatusconſultum Philoſophorũ & Mathematicorum fuerit promulgatum. prius tamen quæ præ manibus habeo, abſoluam: & vt exornem, operam dabo. poſtea quid actum, quidue conſultum ſit, enarrabo.

Nunc cum tua opera, tuisq; officijs multum me iuuare poßis, tuamq; erga me fratremq; meum Theophilum beneuolentiam & humanitatem iam ante declaraueris: te vnice rogo, vt & in

hoc ge-

hoc genere officiorum mihi ne deſis. Scis Bibliothecam meam indies eſſe inſtruendam & exornandam: ſi quod ſuſcepi opus perficere velim: quam amici nonnulli quos habeo in Italia, Germania, alijsq; in locis: antiquis quidem inſtruxerunt exemplaribus: ſed quos deſydero, crediderim te reperturum apud tuos quos habes amicos. qui vt ſunt homines ornatiſſ. & literatiſsimi, ea erunt erga Rempub. literariam humanitate & beneuolentia: vt quicquid præſtare poterunt ſuis officijs: præſertim cùm id fiat abſque illorum damno: traditurі ſint. tu itaq; ad priora illa in me beneficia: hunc quaſi cumulum tuorum benemeritorum adijcias, & me certiorem reddas: an apud aliquem tuorum amicorum ſubſequentes authores Græci ſint atque lati-

tent. Ἰάμβλυχος περὶ κοινῆς καὶ φυσικῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης. Γεμῖνος περὶ τῶν μαθηματικῶν. Πάππου συναγωγὴ μαθηματική. Διοφάντου ἀριθμητικὴ, Ἥρωνος ἀριθμητικὴ στοιχείωσις, Ἀριστοξένου ἁρμονικὰ, Γαυδεντίου ἁρμονικὰ, Πλουτάρχου ἁρμονικὰ, Ἀριστείδου κοϊντιλιανοῦ περὶ μουσικῶν, βιβ: Ἀλυπείου εἰσαγωγὴ ἁρμονική. Νικομαχείου ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον. *Hæc enim ad primum tomum exornandum ſpectant: ſicuti ſequentes vtiles erunt, vt ſecundum perficiam tomum.* Ἰσαὰκ μονάχου περὶ τριγώνων ὀρθογωνίων. τοῦ αὐτοῦ μέθοδος γεωδαισίας, Ἥρωνος μετρικὰ, τοῦ αὐτοῦ κατοπτρικά: *quæ quidem Heronis ſcripta antea non recenſui. In tertio tomo aſtronomica, & his cognata explicabo: ad quæ exornanda prodeſſent mihi* Μενελάου σφαιρικὰ, *atq;* Ἥρωνος περὶ ὑδρείων ὡρολογείων, βιβ: *Sic etiam* Πάππου μηχανικαὶ εἰσαγωγαὶ, *&*

Ἀθηναίου

Ἀθηναίου μηχανικὰ, quarto prodeſſent tomo. Neque velim hos tantum te inquirere: ſed plures alios, qui vel de numeris, vel magnitudinibus & figuris, vel etiam de rebus cœleſtibus, vel denique mechanicis ſcripſerunt, meliorisq́ eſſent notæ. Spero equidem plurimos fore, qui ſi intellexerint cùm te, tum alios ſuam hac in re nauare operam: vt Corpus mathematicum omnibus ſuis perficiatur membris. etiam conſilijs & auxilijs me iuuabunt ſuis. Tu ſi quid potes, potes autem plurimum, effice. Vale, & me viris commenda bonis. D. Annæ Leſygnyo, & D. Franciſco Parentio proxime ſcribam. qui dum apud nos eſſent, ita ſe geſſerunt: vt ſingularis in nobile adoleſcente, & pietas, & ingenium, atq; induſtria appareret: noſter verò Franciſcus tanta

fide

fide & diligentia ſuo fungitur officio: vt ſperem parentes eas gratias relaturos bono huic viro: quibus digni ſunt qui genere & nobilitate excellentes adoleſcentes ſub ſua habent diſciplina, & parentum funguntur officio. 5. Decemb. Año 1571. Argentinæ.

BARLAAMI MONACHI DE LOGISTIca ſeu arte ſupputandi, Libri ſex.

PROOEMIVM.

CVm multa ſint, quibus Aſtronomi vtuntur tanquam certis, & iam demonſtratis: ad comprehendenda ea, quæ corporibus cæleſtibus perenni motu agitatis accidunt: & circa magnitudines, motus, interualla, atque configurationes eorundem verſantur: tamen ex omnibus aſtronomicis compoſitionibus: nulla eſt quæ magis connectat: in ſe etiam contineat omnia: deniq; ſine qua non poſſumus, quicquid in aſtronomia cognitu eſt neceſſarium percipere: quàm ſit calculandi ratio, ipſaq; numerorum doctrina. Siquidem abſque geometricis theorematibus, quibus videntur Aſtronomi plurimum vti: multa quis in aſtronomiæ præcipuis locis diſſeret, multaq; addiſcet: verum abſq; Logiſtica nihil. Quod quidem idcirco fit: quia geometrica tantum ad cauſæ com-

prehenſionem adhibentur: vt non ſolum τὸ ὅτι quid ſit qualisúe res ipſa percipiamus: ſed & τὸ διότι, quamobrem vnumquodq; ſit, intelligamus. Logiſticæ verò doctrinæ theoremata ad vtrunq; horum neceſſaria ſunt: id quod teſtantur tabulæ in manibus hominum verſantes: & nonnullorum commentaria. Nam Canones atque tabulæ ſunt abſq; demonſtrationibus geometricis: & ſolis Logiſticæ doctrinæ numeris perficiuntur: ex quibus quid qualisúe res ſit: ſufficienter diſcimus.

Quæ cùm ita ſint, & hæc doctrina ad rerũ cœleſtium perceptionem neceſſaria, imò vtiliſſima ſit: tamen nunquam in eiuſmodi incidimus ſcriptorem: qui demonſtrationibus adhibitis, rem doceret ipſam. Nam quæ in plano ſunt delineata: aut in ſphærica, vel etiam optica continentur ſcientia: tanquam certa, iamq; affirmata aſſumunt: & in aliquorum ſcriptis demonſtrata reperiuntur. ſed quæ rebus in doctrina Logiſtica comprehenſis accidunt: ea nec vidimus, nec accepimus à quoquam eſſe demonſtrata, aut explicata. Neceſſariò itaq; fit, vt qui ad aſtronomica animum applicat: abſq;

demon-

demonſtratione res demonſtratas atq; demonſtrandas recipiat: & potius cognitionem fidem facientem, quàm ſcientiam certam ſibi comparet.

Quare vt poſteris noſtris, qui hæc vel nunc perceperunt, vel percipient: nihil ſit impedimenti: quominus perueniant ad faſtigium ſcientiæ rerum, quæ à noſtris maioribus de cœleſtibus corporibus traditæ ſunt: nos omnium primi conati ſumus omnia quæcunq; ad eiuſmodi diſciplinam pertinent, explicare per theoremata: quantum Logiſticæ Aſtronomicæ vtile & neceſſarium erit: atq; vnumquodq; ex ſuis proprijs demonſtrabimus principijs. Quod ſi verò quiſpiam ſit, qui velit videri, ſe harum rerum habere cognitionem: is neq; ijs quæ à nobis, aut etiam ab alijs ad propriam atque genuinam perceptionem rerum logiſticarum aſſequendam tradita ſunt, indigebit: ſed licebit ei quorundam de his ſcripta imitari: quibus per ea quæ in Logiſtica abſque demonſtratione ſunt aſſumpta, ſingula concludunt & probant: atque eandem ſecum opinionem auferet, quam qui harum rerum ſcientiam ſe habere

venditant: ſed ſi quiſpiam fuerit, qui in maiori habeat prætio veram & exactam harum rerum ſibi comparaſſe doctrinam: is non poterit abs his noſtris præceptis, etiam quæ minima ſunt, & facillima Logiſticæ præcepta aſſequi.

Atqui cùm doctrina numerorum ſit duplex: quarum altera per inductionem fit: vt ſi quis quæ vniuerſali ratione numeris accidunt: per particulares ac ſpeciales probat atque demonſtrat numeros: altera verò fit per apodeicticæ ſcientiæ demonſtrationes: quando quis communes numerorum diſtinguit affectiones: & quænam iam definitis & propoſitis deducta ab vniuerſalibus, & natura prioribus inſint, conſiderat. Nos poſteriori via exiſtimauimus hanc inſtituendam eſſe doctrinam: atque ſingula ex proprijs, vt dictum eſt, principijs demonſtranda: quia hoc ſolum eſt proprium ſcientiarum. Atqui continget, vt qui hanc ingredietur viam: ſimul etiam cum vniuerſalibus comprehendet particularia. In phyſicis etenim hoc accidit, vt qui vniuerſale intelligit: multa ignoret particularia: propterea quod minus accuratè ſingula obſeruet atque intel-

ligat: in numeris verò nequaquam. Qui enim hanc propoſitionem vniuerſalem nouit: quod inter duos numeros quadratos: vnus ſit medius proportionalis: neceſſe eſt eum & hoc ſcire: quòd inter 4 & 9 vnus medius ſit proportionalis 6. ſic etiam qui ſcit & nouit hanc vniuerſalem propoſitionem. Quòd numerus cubus ſeipſum multiplicans: producat cubum: is etiam ſciet, quod numerus 8 ſeipſum multiplicans, producat numerum 64 cubum. Simili ratione hoc fiet in alijs. Quare ex hac noſtra doctrina, licet non ſolum vniuerſalium: ſed & particularium perceptionem aſſequi.

Diuidemus autem hoc volumen in partes ſex: quarum prima continebit theoremata additionis & ſubtractionis partium: altera verò multiplicationem & diuiſionem partium & minutiarum: tertia multiplicationem & diuiſionem minutiarum & fractionum: quarta multiplicationes linearum rectarum, in lineas rectas: & diuiſionem arearum per lineas rectas: quinta additionem & ſubtractionem proportionum: ſexta deniq; doctrinam complectitur, quomodo datis magnitudinibus, etiã dari

quæant quæſitæ magnitudines. Vtimur verò proprijs quibusdam definitionibus, quas priore exponemus loco in vnoquoque libro: quibus quæ in Elementorum libris habentur, adiungemus.

DEFINITIONES.

1. *Pars eſt magnitudo alterius magnitudinis: quando minor exactè metitur maiorem.*
2. *Multiplex verò maior, minoris: quando minor in maiore exactè continetur.*
3. *Eodem modo numerus numeri pars, vel multiplex dicitur.*
4. *Omnis pars denominata, ab eo denominatur numero: qui tot in ſe habet vnitates: quoties pars ipſa metitur exactè totum.*
5. *Cùm verò partem parti compono: conſidero vtrum fiat ex ipſis pars.*
6. *Et parte, ab alia parte ablata: ſit ne reliquum: pars eiusdem integri. Intelligendum enim id erit, de partibus eiusdem integri.*
7. *Pars nomine par eſt, quæ cum ſit pars: nomen habet à numero pari.*
8. *Impar nomine pars eſt, quæ cùm ſit pars, nomen accipit à numero impari.*

9. *Eiuſdem nominis partes dicuntur: quæ ab eodem numero nomen habent.*

10. *Diuerſi nominis partes dicuntur: quæ à diuerſis numeris nomen habent.*

PROPOSITIONES.

Prop.1. Theor.) Totum ad partem eam habet rationem: quam habet numerus, à quo pars ipſa denominatur, ad ipſam vnitatem.

Prop.2. Theor.) Eiuſdem integri partes, habent rationem reciprocam numerorum, à quibus denominātur.

Prop.3. Theor.) Quod ex duabus partibus componitur: rationem habet ad totum: quam habet numerus compoſitus ex numeris, quorum partes ſunt denominatæ: ad numerū qui ex eorundem fit multiplicatione.

Prop.4. Theor.) Ex duabus diuerſi nominis partibus compoſitis: non fiet vna pars.

Prop.5. Theor.) Si duæ partes denominatæ à numeris inter ſe primis, fuerint compoſitæ: non facient vnam partem.

Prop.6. Theor.) Ex partibus diuerſi nominis, quarum multitudo eſt numerus par: nō componetur vna pars.

Prop. 7. Theor.) Id quod componitur ex partibus quotcunq́ eiuſdem nominis: eam rationem habet ad totum: quam habet numerus multitudinis partium, ad numerum, à quo partes ſunt denominatæ.

Prop. 8. Theor.) Si partes eiuſdem nominis, quotcunq́ fuerint compoſitæ: quarum numerus mnltitudinis: non metitur numerum, à quo denominantur: non erit pars integri, id quod componitur ex partibus.

Prop. 9. Theor.) Si partes eiuſdem nominis quotcunq́, componatur: quarum numerus multitudinis, metitur numerum, à quo denominãtur: id quod ex partibus componetur: aut erit æquale integro: aut eius erit pars.

Prop. 10. Theor.) Quod ex partibus diuerſi nominis componitur: & ipſummet quoq; diuerſi nominis erit.

Prop. 11. Theor.) Ex partibus quotcunque datis, compoſitisq́: inuenire quanta fiat magnitudo.

Prop. 12. Theor.) Ex duabus partibus, denominatis à numeris ſeſe continuè ſequentibus: non fiet vna pars.

Prop.

Prop.13.Theor.) Si ſuerint duæ partes à numeris denominatæ: in quibus eſt, vt compoſitus ex ipſis, ad alterum illorũ: ſic reliquus ad alium quendam: tum duæ iſtæ partes compoſitæ, facient vnam partem denominatam à numero in proportione quarto.

Prop.14.Theor.) Si ex duabus partibus fiat vna pars integri: & ſumpti fuerint numeri à quibus denominationem habent: tum erit vt numerus compoſitus ex numeris, à quibus denominantur minores partes: ad alterum numerorum propoſitorum: ſic reliquus numerus ad numerum, à quo maxima pars denominationem habet.

Prop.15.Theor.) Si fuerint duæ partes denominatæ, à numeris in quibus non eſt vt compoſitus ex illis ad alterum eorum: ſic reliquus ad alium quendam: tum non erit ex illis vna pars integri.

Prop.16.Theor.) Si ex duabus partibus, non fit vna pars: & ſumpti fuerint numeri à quibus denominantur: non erit vt compoſitus ex ipſis ad alterum: ſic reliquus ad alium quendam.

Prop.17.Theor.) Si tribus propoſitis numeris, fuerit vt primus ad ſecundum: ſic tertius ad differentiam ſui & ſecundi: tum partes denominatæ à primo & ſecundo: faciunt partem denominatam à tertio.

Prop.18.Theor.) Si tribus propoſitis numeris, partes denominatæ à primo & ſecundo faciunt partem denominatam à tertio: erit vt primus ad ſecundùm: ſic tertius ad differentiam ſui & ſecundi.

Prop.19.Theor.) Pars nomine par, ſi componatur cum parte nomine impari: non faciet partem nomine imparem.

Prop.20.Theor.) Si à parte nomine impari auferatur pars, nomine par: tũ reliqua pars non eſt pars nomine impar.

Prop. 21. Theor.) Si à parte nomine impari, auferatur pars nomine impar: tum reliquum non erit par.

Prop.22.Theor.) Si à parte nomine pari, auferatur pars nomine impar: reliquum non erit pars, nomine impar.

Prop.23.Theor.) Si pars à parte auferatur; quarum numeri coniugati, ſeu eiuſdem

ordinis

ordinis primi inter ſe ſunt: & maiore differentia, quàm vnitate differant: tum reliquum non erit pars.

Prop,24. Theor.) *Duobus numeris propoſitis, ſi fuerit vt differentia ipſorum ad numerum minorem: ſic maior numerus ad aliquem alium: tum pars quæ à maiore fuerit ablata, eius quæ à minore auferetur: relinquet partem proportionalem ei, quæ à quarta auferetur.*

Prop.25. Theor.) *Si pars à parte fuerit ablata, & partem reliquerit: tum erit vt numerus coniugatus, vel eiusdem ordinis cum reliquo: ad numerum coniugatum cum ablato: ſic etiam coniugatus cum numero, à quo facta fuit ſubtractio, ad differentiam eius, & numeri coniugati cum numero ablato.*

Prop.26. Theor.) *Si duo numeri fuerint conſtituti in ratione ſuperpartiente, pars quæ à maiore auferetur: ſemper relinquet partem eius, quæ à minore fuit ablata partis.*

Prop.27. Theor.) *Propoſitis numeris continuè ſeſe ſequentibus: ſi pars denominata à maiore, auferatur à parte denominata à mi-*

nore

nore: tum reliqua, erit pars denominata, numeri qui ex his ſit atq; componitur.

Barlaami Monachi Logiſticæ libri primi finis.

Barlaami Monachi

LOGISTICÆ

liber ſecundus.

DEFINITIONES.

1. *VNiuſcuiusque finitæ magnitudinis diuiſio prima facta in quotcunq; partes æquales: dicetur facta eſſe in partes, quarum vnamquamq; ſolam & ſimpliciter atq; totam ſumptam appello* μοῖραν *partẽ.*

2. Μέρη.) *Particulas vel minutias, aut partem vel minutum voco: partes aut partem vel minutias aut minutum, aut partis partem, ſeu partis minutum.*

3. *Quandocunq; multitudinem partium ſolam vel partium & minutiarum, aut minutiarum tantum, aut vnam partem, aut vnum minutum, vel quodcunq; horum multipli-*

cauerimus in alia huiuſmodi, tum cupimus tantum ex eodem ſumere genere: quantum ſcilicet eam habebit rationem ad id quod multiplicatur reſpectu multitudinis & magnitudinis: quam rationem habet id quod multiplicat ad vnum.

4. *Quando multitudinem partium ſolam, aut partium & ſcrupulorum, aut partium tantum aut vnam partem, aut vnum ſcrupulum: aut quodcunq; horum per alia huiusmodi diuiſerimus: tum ex eodem tantum accipere cupimus: quantum ſcilicet quod ſumitur eam habet rationem ad vnũ, quoad multitudinem & magnitudinem: quam habet id quod diuiditur, ad alterum per quod ipſum diuiſum eſt.*

5. *Quando quamcunq; partem, per quamcunq; aliam partem multiplico aut diuido: nihil diſtinguendo: ſciendum alterutrum, vel eſſe partis ſcrupulum, aut ſcrupula: aut partem tantum, aut partem & ſcrupulum, aut partem & ſcrupula, aut partes tãtum, aut partes et ſcrupulum, aut partes & ſcrupula: & præter hæc nihil aliud.*

PRO-

PROPOSITIONES.

Prop.1.Probl.) Data multitudine ſcrupulorum diuerſi nominis partium: eam reſoluere in ſcrupula eiuſdem nominis.

Prop.2.Probl.) Data multitudine conſtante ex partibus & ſcrupulis: eam reſoluere, in ſcrupula eiuſdem nominis.

Prop.3.Theor.) Vnumquodq; commenſurabile eſt, vnicuiq;.

Prop.4.Theor.) Vnumquodq; multiplicare poteſt quodcunq;.

Prop.5.Theor.) Si vnumquodq; multiplicat quodcunq;: erit ſicuti multiplicatum ad vnum: ſic etiam quod productum eſt ex multiplicatione, ad id quod multiplicat.

Prop.6.Theor.) Multitudo partium, multiplicans multitudinem partium: facit multitudinem partium.

Prop.7.Theor.) Si multitudo partium, multitudinem partium eiuſdem nominis, aut partem multiplicauerit: ſiue vice verſa: tum quæ fiet multitudo, eſt eiuſdem nominis partium, cum ijs quæ ab initio poſitæ fuerunt.

Prop.8.Theor.) Si vna pars, quodcunque aliud

aliud multiplicauerit: faciet id quod producitur æquale ei, quod eſt multiplicandum: & quæcunq; vnam multiplicant partem: faciunt id quod producitur ſibi æquale.

Prop.9. Theor.) Si pars aut ſcrupula, multiplicauerint quodcunq; tum fuerit: aut econuerſo: quæcunque ab initio propoſita ſcrupula erunt, aut quæ pars vnius fuerit: eadem ſcrupula, aut eadem pars erit id quod producitur reliqui.

Prop.10. Theor.) Si pars multiplicat partem: tum quod fiet vtriusq; & totius, pars erit.

Prop.11. Theor.) Si pars multiplicat partem, & numeri illi parti coniugati inter ſeſe mutuo multiplicantes, fecerint quendam numerum: tum id quod fiet ex multiplicatione partium: erit pars totius, denominata ab eo qui fit ex multiplicatione numerorum.

Prop.12. Theor.) Si pars ſeipſam multiplicat: & numerus ei coniugatus quoq; ſeipſum multiplicauerit: id quod fit ex multiplicatione partis: erit pars denominata numeri producti ex multiplicatione numeri propoſiti.

Prop.13. Theor.) Si datas partes eiuſdem

nominis

eiuſdem nominis, aliquis multiplicauerit, in partes eiuſdem nominis: inquirere, quanta & quota ſit pars ea quæ ex his fit atq; producitur.

Prop.14.Theor.) Datas partes eiuſdem nominis in ſeipſas multiplicantem: examinare quanta & quota ſit ea quæ producitur.

Poriſma.) Ex his quæ demonſtrata ſunt manifeſtum eſt, quod ſi multitudo partium eiuſdem nominis, ſeipſam mnltiplicauerit: facit multitudinem partium eiuſdem nominis: & multitudine æqualem numero quadrato: & denominatam à numero quadrato.

Prop.15.Probl.) Si quis datam partium diuerſi nominis mnltitudinem: multiplicauerit, in diuerſarum partium multitudinem: inuenire quid ex his fiat.

Prop.16.Probl.) Si quis datam multitudinem ex partibus diuerſi nominis: in ſeipſam multiplicauerit: inuenire quid ex his fiat.

Prop.17.Probl.) Datam multitudinem, ex partibus & particulis conſtantem: in partes & particulas eiuſdem multititudinis multiplicantem: inueſtigare quid ex illis fiat.

Prop.18.Probl.) Datam multitudinem, conſtan-

conſtantem ex partibus & particulis, in ſeipſam multiplicantem: inueſtigare, quid ex illis fiat.

Prop. 19. Theor.) Multitudo particularũ, ex quibus ipſa non eſt vna, multiplicans aliã talemq́; multitudinem, aut ſeipſam producit: multitudinem vna parte minorem.

Prop. 20. Theor.) Multitudo partium & particularum; ex quibus ipſa non eſt vna: in ſeipſam multiplicata: non faciet multitudinẽ ex ſolis conſtantem partibus.

Prop. 21. Theor.) Si multitudo partium in ſeipſam fuerit multiplicata: producit multitudinem partium, multitudine æqualem numero quadrato.

Prop. 22. Theor.) Si fuerit multitudo partium, multitudine inæqualis numero quadrato: fieri nequit vt inueniamus multitudinem, quæ in ſeipſam multiplicata: producat multitudinem ab initio propoſitam.

Prop. 23. Theor.) Si fuerit multitudo aut partium & particularum, aut particularum tantum: quam non poſſumus reſoluere in particulas eiuſdem nominis multitudine æquales

numero quadrato: nihil eſt quod in ſeipſum multiplicatum, producat talē multitudinem.

Prop. 24. Theor.) Si fuerit multitudo, quæ in partes eiuſdem nominis reſolui non poteſt: denominatas à numero quadrato: nihil eſt quod in ſeipſum multiplicatum producat eiuſmodi multitudinem.

Prop. 25. Theor.) Si fuerit particula quædam denominata, non à numero qui quadratus eſt: nihil erit quod in ſeipſum multiplicatum producat ipſam.

Prop. 26. Theor.) Si quodcunque ſeipſum multiplicauerit: aut producet multitudinem partium, multitudine æqualem numero quadrato: aut multitudinem quæ poteſt reſolui in partes eiuſdem nominis, multitudine æquales numero quadrato: aut partem denominatam à numero quadrato.

Prop. 27. Theor.) Si quodcunq; multiplicauerit quodcunq; aliud: & viciſsim hoc illud multiplicauerit: tum id quod producitur, eſt æquale.

Prop. 28. Theor.) Quodcunq; diuidi poteſt per quodcunq;.

Prop.

Prop.29.Theor.) Si quodcunq; per quodcunque aliud fuerit diuiſum: tantum faciet, quantum producet id quod diuiditur, ſi multiplicet id quod diuiditur.

Prop.30.Theor.) Si quodcunq; per quodcunq; diuiſum, fecerit aliquid: & illud ipſum quoq; per productum, aut in quotiente factum diuidatur: producet id quod ab initio diuidebat.

Prop.31.Theor.) Æquale ſi per æquale diuidatur: vnam faciet partem.

Prop.32.Theor.) Maius ſi diuiſum fuerit per minus: faciet maius parte.

Prop.33.Theor.) Minus diuiſum per maius, faciet minus parte.

Prop.34.Theor.) Multiplex diuiſum per ſubmultiplex: facit partes.

Prop.35.Theor.) Si quodcunque per quodcunq; diuiſum fuerit: per illud quod non metitur: tum quod factum eſt, non fiet partes aut pars.

Prop. 36. Theor.) Si multitudo partium multitudine æqualis numero quadrato: diuidatur per multitudinem partium multitudi-

ne æqualem lateri numeri quadrati: producet atq; faciet multitudinem partium æqualem multitudine diuidenti.

Prop.37.Theor.) Si particula denominata à numero quadrato, fuerit diuiſa per particulam denominatam à latere quadrati numeri: faciet particulam æqualem diuidenti.

Prop.38.Probl.) Si quis diuiſerit datum per id quod datur: inquirendum quid fiat.

Prop.39.Probl.) Dato quocunque, non tamen quod quadratum ſit: inuenire latus quadratum quàm proximè fieri poteſt.

Logiſticæ libri ſecundi finis.

Barlaami Monachi

LOGISTICÆ liber Tertius.

DEFINITIONES.

1. *QVando vna pars diuiditur in ſexaginta particulas æquales: tum eiuſmodi particulæ nominentur minuta prima, ſeu ſcrupula prima. Secundum verò appelletur mi-*

tur minutum: ſexageſima particula minuti primi: & tertium ſecundi: & ſic in inſequentibus. Quia demonſtratum eſt: ſi hoc illud multiplicauerit: & viciſsim illud hoc: quod productum, futurum ſit æquale. nihil itaq; refert hoc in loco, ſiue partes in minuta multiplicentur: ſiue minuta in partes: aut prima minuta per ſecunda, vel ſecunda per prima: ſed vnum idemq; ponatur eſſe: & partes multiplicare minuta: & minuta multiplicare partes, eodemq; modo in cæteris.

2. Multitudinem ſimpliciter nomino eam, quæ ex partibus eiusdem nominis eſt conflata.

3. Quando multitudinem per aliam multitudinem diuido: ea quæ diuiditur, intelligenda eſt, vel eſſe æqualis ei per quam diuiditur, vel eius multiplex.

PROPOSITIONES.

Prop. 1. Theor.) Pars vel partes, ſi quæcunq; alia multiplicauerint: tum & illa quæ ex multiplicatione producuntur: talia retinēt.

Prop. 2. Theor.) Si multitudo multiplicat multitudinem: erit vt vna multiplicantis ad partem: ſic vna ex ijs quæ ſunt in multitudi-

ne producta: ad vnam earum quæ ſunt in multiplicante.

Prop. 3. Probl.) *Datam magnitudinem particularum ſeu minutiarum ſi quis in datã multiplicauerit multitudinem minutiarum: inueſtigandum ei ſit: quid ex ijs fiat.*

Poriſma.) *Ex his manifeſtum eſt, quod ſi prima fuerint multiplicata per prima: efficiant ſecunda: in ſecunda verò multiplicata, efficiant tertia: ita in tertia producant quarta. Præterea ſecunda in ſecunda ſi fuerint multiplicata: producant quarta: deniq; in tertia efficiant quinta. Fiat itaq; tabula, quæ ritè & benè ſe habeat, ad hypotheſes demonſtratas: per quam facile poſsimus in vnaquaq; minutiarum multiplicatione, ſumere ea quæ producuntur minuta: hoc modo. Quæcunq; minuta nobis fuerint propoſita ad multiplicandum: ſi ſumpſerimus numeros ipſis coniugatos, eosq; componamus, & inter ſe addamus: ea quæ à numero ex compoſitione facto denominantur: æſtimanda ſunt fieri ex multiplicatione. Voco autem numeros coniugatos: primis quidem vnum: ſecundis binarium: tertijs ternarium, & ita con-*

ita conſequenter. Quare ſi proponantur tertia atq; quarta minuta ad multiplicandum inter ſe, iudicandum eſt fieri ſeptima minuta. Nam ſeptenarius fit ex additione ternarij & quaternarij. Sic etiam in alijs numeris. Quæcunq; enim per demonſtrationes probantur fieri atq; produci: ea aſſumenda quoq; ſunt ex eiuſmodi inueſtigatione.

Poriſma 2.) Præterea & hoc manifeſtum eſt ex iam demonſtratis. quod ſi quodcunq; eiuſdem ſpeciei, in quodcunq; aliud eiusdem ſpeciei multiplicatum fuerit: id quod producitur: aut ſpecie erit alteri eorum ſimile: ſi ſcilicet alterum eorum partes aut pars fuerit: aut minoris ſpeciei, cum neutrum eorum pars fuerit.

Prop. 4. Theor.) Si numerus numeri ſexagecuplus fuerit: multitudo quæ multitudine numero maiori eſt æqualis: redacta ad ſpeciem ſibi antecedentem: faciet multitudinem numero minori multitudine æqualem.

Prop. 5. Theor.) Si quatuor numeri fuerint proportionales, quorum primus ſexaginta: multitudo ſecundo numero multiplicanti multitudine æqualis: faciat multitudinem mi-

nutiarum tertio numero multitudine æqualem: quæ redacta ad multitudinem præcedentem: faciet multitudinem quarto numero multitudine æqualem.

Prop.6.Theor.) Si tres numeri fuerint proportionales: à numero primo ſexaginta incipientes: multitudo minutiarum quæ multitudine æqualis eſt medio: ſeipſam multiplicans faciat multitudinem minutiarum: tum multitudo quæ redacta fuerit ad præcedentem, tertio uumero multitudine æqualis fiet.

Prop.7. Theor.) Multitudo maioris ſpeciei, ſi non fuerit reſoluta: tum poterit diuidi per minorem ſpeciem.

Poriſma.) Atque hinc manifeſtum eſt ex ijs quæ iam ſunt demonſtrata: quòd oporteat diuidendum, vel eſſe ſpecie ſimile diuidenti: vel minoris ſpeciei. Oportet enim id quod diuiditur, vel efficere partes ex diuiſione: vel minuta. verum partes quidem facit: ſi ſpecie ſimile fuerit diuidenti: minuta verò, ſi minoris ſpeciei. Cùm igitur in ſequentibus proponetur quodcunq; per quodcunq; aliud eſſe diuidendũ: intelligatur id quod ad diuidendum proponitur: vel

tur: vel eſſe ſpecie ſimile diuidenti: vel minoris ſpeciei. Manifeſtum enim eſt, quod ſi fuerit maioris ſpeciei: reſoluendo efficiemus id quod ſpecie ſimile erit diuidenti: æquale verò aut multiplex, ſi fuerit ſecundum multitudinem diuidentis, ante reſolutionem factam: erit poſt reſolutionem omnino multiplex.

Prop.8.Theor.) Si multitudo per multitudinem fuerit diuiſa: & faciat aliquid: erit vt vna diuiſæ multitudinis, ad vnam diuidentis multitudinis: ſic vna productæ multitudinis ad partem.

Prop.9.Theor.) Qui multitudinem datam per datam multitudinem diuiſerit: ei ſit inueſtigandum quid fiat.

Poriſma.) Manifeſtum igitur ex iam prædictis eſt, quòd vnaquæq; ſpecies per partes quidem diuiſa, faciet eandem: ſi verò per prima minuta faciet eam quæ proximè antecedit, ſi per ſecunda quod bis antecedit. ſi per tertia quod ter antecedit, & ſemper hoc apparebit conſentaneum eſſe per ſimilem progreſſionem, ijs quæ iam demonſtrata ſunt ex hypotheſi data.

Prop.10. Theor.) Si quatuor numeri fuerint proportionales, & inceperimus à maximo numero: multitudo multitudine æqualis quarto, ſi fuerit reſoluta in ſpeciem quæ eam ſubſequitur: faciet multitudinem multiplicem multitudinis numero tertio multitudine æqualem: & ſi per eam fuerit diuiſa, faciet multitudinem multitudine æqualem ſecundo, quando ſcilicet multitudo multitudine tertio æqualis, vel eiuſdem fuerit ſpeciei, vel maioris.

Prop. 11. Theor.) Si tres numeri fuerint proportionales, & inceperimus à maximo ſexagenario: multitudo multitudine æqualis tertio, ſi reſoluatur in ſpeciem quæ eam ſequitur, faciet multitudinem multiplicem multitudinis ſecundo numero multitudine æqualem, & diuiſa per eam, ſi fuerit vel ſimilis ſpecie, vel minoris ſpeciei: æqualem faciet numero diuidente ſecundum multitudinem.

Prop. 12. Theor.) Si tres numeri fuerint proportionales, quorum medius ſexaginta tum multitudo ſecundorũ, multitudine æqualis alterutri extremorum: erit particula denomi-

nominata ab altero extremorum vnius partis.

Finis libri Tertij.

Barlaami Monachi

LOGISTICÆ liber Quartus.

DEFINITIONES.

1. *INfinita multitudine partium propoſita, quanũt aliquis ex ea auferet: quod rationem habeat ad vnam partem, quam habet vnitas ad vnitatem: voco ſimpliciter numerum, & huius numeri partes in hoc loco non amplius nomino partes, ſed appello vnitates. 2. Partes verò alio facto initio, voco cum finita linea recta in quotcunque æqualia diuiſa fuerit: primùm voco eiuſmodi ſegmentum: & quæ ab his deſcribũtur quadrata. Partes verò & minuta, huiuſmodi partium, ſicuti in prioribus definitum fuit. 3. Datum numerum verò, eum qui ſpecie indiuiduus eſt. 4. Datam etiam rationem, eam quæ eſt dati numeri, ad datum numerum. Cùm verò duplex ſit appellatio*

latio partium & minutiarum : quarum altera eſt in lineis rectis, altera verò in areis & figuris: quando multiplicauerimus aliquid horum in aliquid: ea quæ multiplicabuntur, erunt lineæ rectæ, id verò quod fit ex multiplicatione eſt rectangulum parallelogrammon, quod prædictis cõtinetur lineis rectis. 5. Cùm verò horũ aliquid per aliud diuidemus, id quod diuiditur eſt area vel figura, per quod verò diuiditur, eſt linea recta: id verò quod producitur in quotiente, ex eiuſmodi diuiſione erit reliqua linea recta, quæ cum altera propoſita continet diuiſam aream aut figuram. 6. Si quodcunq; ſimpliciter aſſumpſero: nihil certi diſtinguens intelligatur, id quod eſt aſſumptum, ſicuti etiam in prioribus eſt dictum, vel particula partis, aut partes, aut pars tantum, aut pars & particula, aut pars & particulæ, aut partes tantum, aut partes & particula, aut partes & particulæ, & præter hæc nihil aliud.

7. Vnumquodq; horum multitudine dicetur eſſe æquale numero, quod eam habet ad vnitatem rationem: quam habet ad partem.

PRO-

PROPOSITIONES.

Prop.1.Theor.) Omnis numerus vel eſt pars vnitatis, vel partes, vel vnitas tantum, vel vnitas & pars, vel vnitas & partes, vel vnitates tantum, vel vnitates & pars, vel vnitates & partes.

Prop.2.Theor.) Fieri poteſt vt omnis numerus per omnem numerum multiplicetur: & quiuis numerus per quemuis numerum diuidatur, et cuiuſuis numeri latus quadratum inueniatur.

Prop.3.Theor.) Vnumquodq; ad vnumquodq; eandem habet rationem, quam numeri ipſis multitudine æquales.

Prop.4.Theor.) Si quodcunq; in quodcunque multiplicatum fuerit: & numeri multitudine ipſis æquales, ſeipſos multiplicauerint, atq; quendam produxerint numerum: tum ea quæ ex vtraq; fient multiplicatione, erunt multitudine æqualia.

Prop.5.Theor.) Si quodcunq; ſeipſum multiplicauerit, & numerus ei multitudine æqualis ſeipſum multiplicans producat aliquem numerum: ea quæ fient erunt multitudine æqualia.

Prop.

Prop.6.Theor.) Si fuerit area aut figura quadrata, quæ neque ex partibus ſit compoſita multitudine æqualibus numero quadrato: neq; ex eiuſmodi quæ reſolui queant in partes, nomine pares, & multitudine numero quadrato æquales, & denominatas à numero quadrato, neque particula exiſtens partis denominatæ à numero quadrato: pars eius erit incommenſurabilis lateri. hoc eſt, fieri nequit, vt ſi quis ſupputauerit, relatione aut reſpectu ad partem: vt inuenire poßit quantitatem eius lateris.

Prop.7.Theor.) Datæ figuræ cuius latus quadratum non eſt commenſurabile parti: inuenire latus quadratum quod proxime commenſurabile ſit parti.

Prop.8.Theor.) Quæ eidem numero multitudine fuerint æqualia, & eiuſdem fuerint generis: illa æqualia inter ſe erunt.

Prop.9.Theor.) Omnis figuræ latus quadratum: multitudine æquale erit numero, qui ſit latus numeri multitudine æqualis figuræ datæ.

Prop.10.Theor.) Si quis multiplicauerit quodcunq; per quodcunq;: inquirendum ei erit

quale

quale nam ſit id quod producitur.

Poriſma.) Cùm itaque datis duabus lineis rectis ad multiplicandum propoſitis, id quod ex eis fit magnitudine, & magnitudine eſt tam numeroſum & magnum, quàm numeroſum & magnum eſt id, quod fit ex multiplicatione numerorum ſeſe mutuo multiplicantium & multitudine æqualium lineis datis rectis. Demonſtratum verò eſt in ſecundo & tertio libro, quis numerus in quem numerum multiplicatus, quid producat, quod ſcilicet exempli gratia partes in partes multiplicatæ producant partes. in prima minuta producant prima minuta, prima verò in prima, ſecunda, & vnumquodq; reliquorum in vnumquodq; multiplicatum quid producat traditum eſt. Idcirco etiam manifeſtum eſt in vnaquaq; multiplicatione linearum rectarum quam numeroſum & magnum ſit rectangulum, quod rectis illis lineis continetur: & nihil habemus quod ijs quæ antea dicta ſunt, adijciamus hoc in loco, præterquam quòd quæ hic traduntur à prioribus tantum differant, quia quæ ibi producuntur, ſunt eiuſdem generis cum ijs quæ multipli-

tiplicantur: in his verò diuerſi generis. nam alia ſunt plana, alia verò lineæ rectæ: propterea in eo loco ad vnum idemq́ referebantur, & quæ multiplicabantur, & quæ ex ipſis erant producta. hic verò non ad vnum idemq́ referuntur. Quia cum pars duplex ſit, lineæ rectæ ſcilicet, & quadrati, quod ab ea deſcribitur. figuræ ad quadratum referuntur: rectæ verò lineæ ad rectas lineas.

Prop. 11. Theor.) Si quodcunq́ per quodcunq́ fuerit diuiſum, & numerus multitudine æqualis numero diuidendo, diuidatur per numerum multitudine diuiſori æqualem, ea quæ fiunt ex vtriuſque diuiſione, ſunt multitudine æqualia.

Prop. 12. Theor.) Diuidentem quodcunque per quodcunque contemplari quidnam fiat ex diuiſione tali.

Poriſma.) Si igitur figura per lineam rectam fuerit diuiſa: fiet id quod numerus multitudine æqualis figuræ diuidendus per numerum multitudine æqualem lineæ rectæ. Verùm demonſtratum eſt in ſecundo & tertio libro,

libro quis numerus per quem diuiſus quid producat, & faciat: quod ſcilicet partes per partes exempli gratia, aut prima per prima diuiſa faciant partes: ſecunda per prima; prima faciant, & vnumquodq; aliorum per vnumquodq; quàm numeroſum & magnum fiat, dictum eſt. manifeſtum igitur eſt in vnaquaq; diuiſione figurarum per lineas, quàm numeroſum & magnum ſit id quod fit, & nihil habemus quod iis quæ antea dicta & tradita ſunt, addamus.

Barlaami Monachi

LOGISTICÆ liber Quintus.

DEFINITIONES.

QVantitas rationis eſt numerus, qui multiplicatus in terminum rationis conſequentem, producit terminum antecedentem. Ratio ex rationibus compoſita dicitur, quando quantitates rationum inter ſe multiplicatæ: producunt quantitatem rationis. Quando rationem à ratione aufero, rationem quidem eam à qua facio ſubtractionem, nomi-

no rationem antecedentem: eam verò quam aufero conſequentem: ea verò quæ cum conſequente complet & perficit antecedentem, hic appellatur reliquus vel relictus. Cùm iubeo rationem à ratione auferre: tum volo vt quæratur reliquus. Quod ſi quis iuſſus fuerit auferre rationem à ratione: & inuenerit reliquum: tum id quod præcipiebatur, factum eſt.

PROPOSITIONES.

Prop. 1. Theor.) Inuenire, datæ rationis quantitatem.

Prop. 2. Theor.) Duobus propoſitis numeris, inuenire medium proportionalem.

Prop. 3. Theor.) Duobus datis & propoſitis numeris: tertium inuenire proportionalem.

Prop. 4. Theor.) Datis tribus numeris, quartum inuenire proportionalem.

Prop. 5. Theor.) Si fuerint tres numeri continuè ſeſe ſequentes: tum ratio primi ad tertium eſt compoſita, cùm ex ratione quàm habet, primus ad ſecundum, tum ex ratione quã habet ſecundus ad tertium.

Prop. 6. Theor.) Si plures fuerint numeri continuè ſeſe ſequentes: tum ratio primi ad extremum

tremum eſt compoſita ex rationibus numerorum continuè ſeſe conſequentium: à primo vſque ad extremum.

Prop. 7. Theor. Si ratio ex rationibus pluribus eſt compoſita: & conuerſa ratio erit ex rationibus conuerſis compoſita.

Prop. 8. Theor.) Si ratio ex duabus rationibus eſt compoſita: & ſumptæ fuerint earum quantitates: eadem ratio compoſita eſt etiam ex duabus rationibus, quas eius quantitas habet ad alteram reliquarum quantitatum.

Prop. 9. Theor.) Earundem rationum æquales ſunt quantitates: & quarum rationum æquales ſunt quantitates: eæ ſunt eædem.

Prop. 10. Theor.) Si ratio ex duabus rationibus eſt compoſita, eadem illa ratio compoſita eſt etiam ex duabus rationibus, nempe ea quã habet antecedens alterius rationis ad conſequentem reliqui: & ea quam hic ipſe antecedens terminus ad huius conſequentem terminum.

Prop. 11. Theor.) Si ratio ex duabus rationibus eſt compoſita: vtraque illarum componitur ex duabus rationibus; ea ſcilicet quam ha-

bet antecedens terminus compoſitæ rationis, ad antecedentem terminum alterius rationis, & ea, quam habet illius terminus conſequens ad terminum rationis compoſitæ conſequentem.

Prop.12.Theor.) *Si ratio ex duabus rationibus compoſita eſt, & rurſus ex alijs duabus: atq; fuerit altera ratio primarum duarum eadem cum altera aliarum duarum: & reliqua reliquæ erit eadem.*

Prop.13. Theor.) *Si ratio ex pluribus fuerit compoſita rationibus: vnaquæq; compoſitarum rationum componitur ex ratione compoſita, & omnium reliquarum econuerſo ſumptarum.*

Prop.14. Theor.) *Si duarum rationum ſumptæ fuerint quantitates: tum vtraq; illarũ componitur, partim ex altera, partim ex ea ratione, quã habet quantitas eius ad illius quantitatem.*

Prop.15.Theor.) *Datis quotcunq; rationibus, & numero dato: inuenire quænam ratio ex illis componatur: cuius datus numerus ſit terminus antecedens.*

Prop.16.Theor.) Quotcunq; rationibus propoſitis, & dato numero: inuenire quæ ratio ex illis componatur, cuius datus numerus ſit terminus conſequens.

Prop.17.Theor.) A data ratione ſi quis auferat datam rationem: inuenire rationem reliquam.

Prop.18.Theor.) A data ratione auferre rationem in ijſdem terminis econuerſo ſumptam: ita vt reliqua ratio relinquatur ad datum terminum.

Prop.19.Theor.) A data ratione auferre datam rationem habentem eundem terminum antecedentem: ita vt reliquus terminus relinquatur ad datum terminum.

Prop.20.Theor.) A data ratione auferre datam rationem habentem eundem terminum conſequentem: ita vt relinquatur reliquus ad terminum datum.

Prop.21.Theor.) A data ratione auferre datam rationem habentem terminum conſequentem antecedentis rationis antecedentem: ita vt reliquus relinquatur ad datum terminum.

Prop.22.Theor.) A data ratione auferre datam rationem, habentem antecedentem terminum antecedentis rationis conſquentem: ita ita vt relinquatur reliquus ad terminum datum.

Prop.23. Theor.) A data ratione auferre datam rationem in proprijs terminis conſiſtentem: ita vt relinquatur reliquus ad terminum datum.

Logiſticæ libri Quinti finis.

Barlaami Monachi

LOGISTICÆ liber Sextus.

DEFINITIONES.

1. *DAtam magnitudinẽ appello, cuius datus eſt numerus. 2. Eſt autẽ magnitudinis datus numerus, cui alius numerus multitudine æqualis datus eſt. 3. Eſt etiam magnitudine datus numerus aliquis multitudine æqualis, qui eam habet rationem ad partem: quam habet numerus aliquis datus, ad vnitatem.*

cem. Verum numerum intelligimus in ea ſignificatione, eoq́ etiam modo, vt dictum eſt in libro quarto. 4. Si datæ magnitudinis propoſuerimus numerum, intelligimus ipſum datũ. 5. Similiter etiam cùm datæ rationis numeros propoſuerimus, intelligemus & ipſos eſſe datos. 6. Sic etiam quando datæ rationis numeros propoſuerimus, & ipſas eſſe datas intelligemus. 7. Quod ſi verò datus numerus, vel ſeipſum, vel alium numerum datum multiplicans producat aliquem numerum: etiam numerus productus datus erit. 8. Præterea ſi datus numerus diuidatur per datum numerum, atque produxerit aliquem, etiam is datus atque productus erit: cuius etiam dati numeri erit & datum latus. 9. Quod ſi etiam datus numerus dato mumero componatur, totus datus erit. 10. Et ſi à dato nũero dat⁹ auferatur: reliquus erit datus. 11. Numerus numerum poſſe dicitur, quando numerus eius quadratus eſt æqualis numeris quadratis datorum numerorum.

PROPOSITIONES.

Prop. 1. Theor.) Si datis duobus numeris tertius producitur proportionalis, & ipſe datus erit.

Prop.2.Theor.) Si duobus datis numeris medius producitur proportionalis, & ipſe datus erit.

Prop 3. Theor.) Si tribus datis numeris producitur quartus proportionalis, & ipſe datus erit.

Prop.4.Theor.) Si magnitudo ad magnitudinem habuerit proportionem, quam habet numerus datus, ad datum numerum: & fuerit alter numerorum alterius magnitudinum: etiam reliquus numerus reliquam magnitudinem reſpiciet.

Prop.5.Theor.) Si duæ magnitudines habuerint rationem datam, & altera illarum fuerit data: etiam reliqua data erit.

Prop. 6. Theor.) Si magnitudo data ſecta fuerit in datam rationem, tum etiam vtrunq; ſegmentorum datum erit.

Prop.7. Theor.) Datarum magnitudinum numeri: eandem habent rationem cum magnitudinibus.

Prop.8.Theor.) Si tres magnitudines fuerint proportionales, quarum duæ continuè ſequentium ſunt datæ, etiam reliqua data erit.

Prop.

Prop.9.Theor.) Si tres magnitudines fuerint proportionales, quarum prima & poſtrema eſt data, etiam media data erit.

Prop.10.Theor.) Si quatuor magnitudines fuerint proportionales, quarum tres ſunt datæ: etiam reliqua data erit.

Lemma.) Si ex iiſdem rationibus ablatæ fuerint eædem, relinquentur eædem.

Prop.11. Theor.) Si fuerint ſex magnitudines, & ratio primæ ad rationem ſecundæ cõpoſita fuerit ex ratione quam habet tertia ad quartam, & ex ea quam habet quinta ad ſextam: atq; ex his quinq; fuerint datæ: vna verò quæcunq; ex his in quæſtione ſit poſita, ea quoq; erit data.

Prop.12.Theor.) Si quadratum fuerit datum: dabitur etiam eius latus.

Prop.13.Theor.) Si latus quadrati fuerit datum: dabitur etiam ipſum quadratum.

Prop.14.Theor.) Si parallelogrammi rectanguli latera ipſum angulum rectum continentis, fuerint data: & ipſum erit datum.

Prop.15.Theor.) Si dati parallelogrammi rectanguli datum fuerit parallelogram-

mon, hoc eſt, area tota ſeu figura tota: & datum ſit vnum latus rectum angulum continens: etiam datum erit alterum latus.

Lemma 1.) Datis duobus numeris inuenire quis numerus poſsit eos.

Lemma 2.) Datis duobus numeris inæqualibus inuenire aliquem alium, qui cum minore poſsit maiorem.

Prop. 16. Theor.) Si trianguli rectanguli data fuerint latera rectum angulum tontinentia: dabitur etiam recta ſubtendens augulum rectum, & ipſe quoque triangulus datus erit, ſeu area trianguli rectanguli.

Prop. 17. Theor.) Si trianguli rectanguli latus ſubtendens, & vnum ex lateribus rectũ angulum continentibus datum fuerit, etiam reliquum latus dabitur.

Prop. 18. Theor.) Si trianguli rectanguli vnum latus ex ijs quæ angulum rectum continent, fuerit datum, & detur etiam area ipſa: etiam reliquum latus datum erit, ex ijs quæ angulum continent rectum.

Lemma 1.) Si tres magnitudines inæquales fuerint proportionales: media erit dimidia

erit

dimidia parte minor vtraque extremarum magnitudinum: & ſi media minor fuerit dimidia parte vtraq; extremarum, & tres magnitudines fuerint proportionales, neceſſe eſt ipſas eſſe inæquales.

Poriſma.) Eadem in numeris vera eſſe demonſtrabimus,

Lemma 2.) Duobus propoſitis numeris quorum maior eſt dimidia parte minor quàm maior: ſeiungere maiorem ita vt minor ſit medius proportionalis.

Lemma 3.) Si fuerint duæ lineæ rectæ, tum quadrata ab eis deſcripta habebunt medium proportionale rectangulum, quod illis rectis continetur.

Lemma 4.) Si fuerint tres magnitudines proportionales: & aliæ tres etiam proportionales: atq; ſit medium medio æquale, & vtraq; extrema coniuncta vtriſq; extremis coniunctis æqualia: tum maior maiori, & minor minori æqualis erit.

Prop. 19. Theor.) Si trianguli rectanguli latus quod rectum angulum ſubtendit, fuerit datum, & datum quoq; ſit rectangulum, aut ipſa

ipſa ſit data area: data etiam erunt latera quæ rectum continent angulum.

Prop.20.Theor.) Si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad latus ſubtendens ducta fuerit perpendicularis: præterea data fuerint duo quæcunque latera: etiam data erit perpendicularis.

Prop.21.Theor.) Si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad latus ſubtendens ducta fuerit linea recta perpendicularis, & data fuerit perpendicularis, atque vnum ex lateribus quodcunque illud fuerit: tum etiam reliqua latera erunt data omnia.

Barlaami Monachi Logiſticæ finis.

SCHOLIA IN LIBRVM THEODOSII DE Habitationibus.

VNiuerſali ratione & modo, habitatio aliqua dicetur eſſe ſubiecta alicui puncto in mundo: quando ab aliquo puncto in mundo, exiſtente ad centrum terræ, ducta fuerit linea recta: punctum illud à quo linea recta in ſuperficiem

ficiē terræ ducta eſt: dicimus id eſſe cui habitatio ſubijcitur: & hoc ipſum punctum nominatur, & eſt polus horizontis. demonſtrandum etiam illud eſt, quòd polus horizontis, in omni habitatione ſit in meridiano circulo. quia ſi duo circuli ſeſe mutuo tangunt: vt horizon & circulus ſemper apparens: tum maximus circulus qui per polos vnius atq; circulorum contactum ducitur: is etiam per polos alterius circuli ducetur. Cùm verò horizon ſit maximus in ſphæra circulus: atque linea ex polo maximi circuli ducta ſit quarta pars: idcirco circumferentiæ à polo ad horizontem ductæ ſunt quartæ partes: vnde etiam anguli ad centrum vniuerſi ſuper circumferentijs illis conſtituti: erūt recti. quod ſi verò duxerimus lineam rectam ad eam quæ per polos ducitur circumferentiā: erit alteri æqualis. quare omnis quæ in horizonte eſt: eſt æqualis horizonti, & diameter horizontis. quia per centrum horizontis ducitur. Rectè itaq; ſi ducit ad angulos rectos à centro terræ ei qui per polos eſt ducta, nominat horizontem circulum illum, qui circa hanc rectā ſeu diametrum ducitur. Cùm verò tres quadrant es

drant es

drantes à polo vſque ad æquinoctialem perueniunt, idcirco & æquinoctialis erit horizon. quòd ſi ergo ponatur eſſe axis mundi, quæ habeat polum in vertice: non iniuria æquinoctialis nominabitur, & fiet horizon.

Sciendum eſt, quòd tum erectus conſtituitur zodiacus circulus ad regionem aliquam: quando ad ipſius regionis horizontem erectus conſtituitur. vel ſi quando punctum aliquod zodiaci, peruenit ad punctum verticale.

Mediam zonam nominat interuallũ, quod eſt inter tropicum æſtiuum & hybernum. In omni loco inquit, quaſi dicat in omnibus habitationibus, quæ ſunt in media zona.

Prop. 5. Quando contactus.) Nõ quòd interdum meridianus circulus non ſecet in duas partes æquales ſegmentum zodiaci quod eſt ſupra terram, Theodoſius hanc addidit diſtinctionem. Nam quando zodiacus peruenit in ipſa interſectione in duas partes æquales ſegmentorum tropici circuli, quæ ſunt ſupra terram: tum quoq; à meridiano ſegmentum zodiaci quod eſt ſupra terram, ſecatur in duas partes æquales. Cùm enim meridianus per polos

zodiaci

zodiaci tanquam eum qui tropicos tangit, ſemper ducitur: atq; ducitur etiam per polos æquinoctialis: quando in ſectione in duas partes æquales ſegmentorum tropicorum ſupra terram peruenit zodiacus: tum ipſius ſegmenta ſupra terram exiſtentia, à meridiano ſecantur, per propoſit.9.lib.2. ſphæricorum. Quare non eam ob cauſam, vt ſupra dixi, addidit mathematicus hanc diſtinctionem: quod interdum meridianus non ſecet in duas partes æquales zodiaci ſegmentum quod eſt ſupra terram: ſed quod tum duo quæ cõcurrunt ſegmenta zodiaci quæ ſupra terram ſunt, ſecentur δίχα, & quod erectus conſiſtat zodiacus circulus ad ipſum horizontem.

Prop. 7. Οἷς.) Quia aliter atq; aliter ſe habent horizontes. alij enim ſunt ad ortus vel occaſus: qui eundem arcticum in alio atq; alio puncto tangunt. Alij etiam ſunt horizontes ad ſeptentrionem atq; meridiem: qui ſanè non amplius eundem arcticum tangunt: ſed quiſq; alium: quorum meridianus per contactus vtriuſque ducitur.

FINIS.

Bayerische Staatsbibliothek München

C. A. Gr. 118.

… Vet. Collr. … n. 41.

by Google

XXX XII 97

XXX XII 97.

XXX XII 97

mon, hoc eſt, area tota ſeu ſigura tota: & datum ſit vnum latus rectum angulum continens: etiam datum erit alterum latus.

Lemma 1.) Datis duobus numeris inuenire quis numerus poſſit eos.

Lemma 2.) Datis duobus numeris inæqualibus inuenire aliquem alium, qui cum minore poſſit maiorem.

Prop. 16. Theor.) Si trianguli rectanguli data fuerint latera rectum angulum tontinentia: dabitur etiam recta ſubtendens augulum rectum, & ipſe quoque triangulus datus erit, ſeu area trianguli rectanguli.

Prop. 17. Theor.) Si trianguli rectanguli latus ſubtendens, & vnum ex lateribus rectū angulum continentibus datum fuerit, etiam reliquum latus dabitur.

Prop. 18. Theor.) Si trianguli rectanguli vnum latus ex ijs quæ angulum rectum continent, fuerit datum, & detur etiam area ipſa: etiam reliquum latus datum erit, ex ijs quæ angulum continent rectum.

Lemma 1.) Si tres magnitudines inæquales fuerint proportionales: media erit dimidia

erit

dimidia parte minor vtraque extremarum magnitudinum: & ſi media minor fuerit dimidia parte vtraq; extremarum, & tres magnitudines fuerint proportionales, neceſſe eſt ipſas eſſe inæquales.

Poriſma.) *Eadem in numeris vera eſſe demonſtrabimus,*

Lemma 2.) *Duobus propoſitis numeris quorum maior eſt dimidia parte minor quàm maior: ſeiungere maiorem ita vt minor ſit medius proportionalis.*

Lemma 3.) *Si fuerint duæ lineæ rectæ, tum quadrata ab eis deſcripta habebunt medium proportionale rectangulum, quod illis rectis continetur.*

Lemma 4.) *Si fuerint tres magnitudines proportionales: & aliæ tres etiam proportionales: atq; ſit medium medio æquale, & vtraq; extrema coniuncta vtriſq; extremis coniunctis æqualia: tum maior maiori, & minor minori æqualis erit.*

Prop. 19. Theor.) *Si trianguli rectanguli latus quod rectum angulum ſubtendit, fuerit datum, & datum quoq; ſit rectangulum, aut*

ipſa

ipſa ſit data area: data etiam erunt latera quæ rectum continent angulum.

Prop.20.Theor.) Si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad latus ſubtendens ducta fuerit perpendicularis: præterea data fuerint duo quæcunque latera: etiam data erit perpendicularis.

Prop.21.Theor.) Si in triangulo rectangulo ab angulo recto ad latus ſubtendens ducta fuerit linea recta perpendicularis, & data fuerit perpendicularis, atque vnum ex lateribus quodcunque illud fuerit: tum etiam reliqua latera erunt data omnia.

Barlaami Monachi Logiſticæ finis.

SCHOLIA IN LIBRVM THEODOSII DE Habitationibus.

VNiuerſali ratione & modo, habitatio aliqua dicetur eſſe ſubiecta alicui puncto in mundo: quando ab aliquo puncto in mundo, exiſtente ad centrum terræ, ducta fuerit linea recta: punctum illud à quo linea recta in ſuperficiem

ficiē terræ ducta eſt: dicimus id eſſe cui habitatio ſubijcitur: & hoc ipſum punctum nominatur, & eſt polus horizontis. demonſtrandum etiam illud eſt, quòd polus horizontis, in omni habitatione ſit in meridiano circulo. quia ſi duo circuli ſeſe mutuo tangunt: vt horizon & circulus ſemper apparens: tum maximus circulus qui per polos vnius atq; circulorum contactum ducitur: is etiam per polos alterius circuli ducetur. Cùm verò horizon ſit maximus in ſphæra circulus: atque linea ex polo maximi circuli ducta ſit quarta pars: idcirco circumferentiæ à polo ad horizontem ductæ ſunt quartæ partes: vnde etiam anguli ad centrum vniuerſi ſuper circumferentijs illis conſtituti: erũt recti. quod ſi verò duxerimus lineam rectam ad eam quæ per polos ducitur circumferentiã: erit alteri æqualis. quare omnis quæ in horizonte eſt: eſt æqualis horizonti, & diameter horizontis. quia per centrum horizontis ducitur. Rectè itaq; ſi ducit ad angulos rectos à centro terræ ei qui per polos eſt ducta, nominat horizontem circulum illum, qui circa hanc rectã ſeu diametrum ducitur. Cùm verò tres quadrant es

drant es

drantes à polo vſque ad æquinoctialem perueniunt, idcirco & æquinoctialis erit horizon. quòd ſi ergo ponatur eſſe axis mundi, quæ habeat polum in vertice: non iniuria æquinoctialis nominabitur, & fiet horizon.

Sciendum eſt, quòd tum erectus conſtituitur zodiacus circulus ad regionem aliquam: quando ad ipſius regionis horizontem erectus conſtituitur. vel ſi quando punctum aliquod zodiaci, peruenit ad punctum verticale.

Mediam zonam nominat interuallũ, quod eſt inter tropicum æſtiuum & hybernum. In omni loco inquit, quaſi dicat in omnibus habitationibus, quæ ſunt in media zona.

Prop.5. Quando contactus.) Nõ quòd interdum meridianus circulus non ſecet in duas partes æquales ſegmentum zodiaci quod eſt ſupra terram, Theodoſius hanc addidit diſtinctionem. Nam quando zodiacus peruenit in ipſa interſectione in duas partes æquales ſegmentorum tropici circuli, quæ ſunt ſupra terram: tum quoq; à meridiano ſegmentum zodiaci quod eſt ſupra terram, ſecatur in duas partes æquales. Cùm enim meridianus per polos

zodiaci

zodiaci tanquam eum qui tropicos tangit, ſemper ducitur: atq; ducitur etiam per polos æquinoctialis: quando in ſectione in duas partes æquales ſegmentorum tropicorum ſupra terram peruenit zodiacus: tum ipſius ſegmenta ſupra terram exiſtentia, à meridiano ſecantur, per propoſit. 9. lib. 2. ſphæricorum. Quare non eam ob cauſam, vt ſupra dixi, addidit mathematicus hanc diſtinctionem: quod interdum meridianus non ſecet in duas partes æquales zodiaci ſegmentum quod eſt ſupra terram: ſed quod tum duo quæ cõcurrunt ſegmenta zodiaci quæ ſupra terram ſunt, ſecentur δίχα, & quod erectus conſiſtat zodiacus circulus ad ipſum horizontem.

Prop. 7. οἷς.) Quia aliter atq; aliter ſe habent horizontes. alij enim ſunt ad ortus vel occaſus: qui eundem arcticum in alio atq; alio puncto tangunt. Alij etiam ſunt horizontes ad ſeptentrionem atq; meridiem: qui ſanè non amplius eundem arcticum tangunt: ſed quiſq; alium: quorum meridianus per contactus vtriuſque ducitur.

FINIS.

Bayerische Staatsbibliothek München

C. A. Gr. 118.

XXI XII 97

Digitized by Google